



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post  
Præfationem Indicantvr

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1619**

Quæstio LXV. De numero sacramentorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

cramentis certa est conclusio, primo: ex definitione Conciliorum & Pontificum tradentium, hæreticos baptizatos, vel ordinatos, si iuxta ritum Ecclesiæ Catholicæ baptizati, vel Ordinati sint, non esse iterum baptizandos, vel ordinandos: quorum testimonia præcedenti disputatione adducta sunt. Supponunt ergo, sacramentum susceptum sine vera fide, & cōsequenter sine vlla supernaturali dispositione voluntatis, esse validum. Eandem veritatem sæpe tradit Aug. lib. 2. contra Parme. c. 16. lib. 2. contra Petil. c. 35. vbi dicit, Si quis baptizetur, propter flagitium aliquod committendum, dum modo baptizari velit, vere manere baptizatum. Idem lib. 3. de Bapt. c. 14. atq; eodem sensu lib. de catechizand. rud. c. 17. dicit, aliquos fieri Christianos propter lucrum temporale, & nihilominus valide baptizari. Et hoc ipsum confirmat historia, quam refert Niceph. lib. 14. hist. c. 17. videlicet, Iudæum quendam lucranda pecunia causa, sæpe Baptismum accepisse, ac tandem cum à quodam Paulo Episcopo baptizandus accederet, ineffabili quadam diuinæ prouidentia vi, aquam semel atq; iterum disparuisse, atq; illo mirabili signo compertum esse, illum Iudæum prius fuisse baptizatum. Vnde etiam constat, primum baptismum in eo Iudæo fuisse validum, quamquam sine recta intentione, ac fortasse sine debita fide ad illum accessisset. Congruentia ad hanc veritatem confirmandam eadem afferri possunt, quæ de ministro adductæ sunt disputatione præcedenti. Et optima est, quia aliud est sacramentum, aliud effectus sacramenti: & sacramentum de se prius est: ergo non impeditur propter dispositionem contrariam effectui, si sacramentum ipsi contraria non sit. Item, talis dispositio ad effectum non est causa sacramenti in vilo genere: ergo, etiam si deficiat, concurrere possunt omnes causæ necessariæ ad conficiendum sacramentum: ergo perficitur sacramentum. Tandem inductione constat, tria sacramenta initerabilia non esse iteranda, eo quod indigne suscepta sint. Atque idem est de Matrimonio, & Extrema vñctione, quatenus aliquo modo iterari non possunt: illud, viuente vtroq; coniuge, hoc, durante eadem ægritudine eodemque statu eius. De Eucharistia non oportet probationem addere, cum sit sacramentum permanens: neque enim Christus discedit, quando ab indigno sacramentum sumitur, vt infra suo loco latius dicemus. Quod vero secunda sententia obiebat, Deum non conferre sua dona indignis, vniuersè intellectum falsum est: tanta enim est Dei bonitas, vt omnibus se communicet, quantum in ipso est. Addo vero, per se instituta esse sacramenta, vt homines illis vtantur: Deum autem iuste permittere, vt mali interdum eis abutantur: noluit tamen tunc sacramenta esse inualida, quia oportuit sacramenta esse certa, & vniuersalia: vnde etiam fit, vt aliquando profint eis, qui indigne illa receperunt, si postea resipiscant.

Ad Augustini vero testimonium, quod ibi afferbatur, respondetur in primis, illum in eo capite magis dubitando, quam asserendo, procedere. Deinde dicitur, non requirere fidem simpliciter, id est, supernaturalem, quæ infidelitatem, & omnem hæresim excludat: sed aliquam fidem, id est, aliqualem credulitatem, quanta nimirum necessaria esse potest ad voluntatem suscipiendi sacramentum habendam. Ad Cyrillum respondetur, cum inquit (Hæreticos rebaptizandos, siquidem prius illud non erat Baptisma) hæc verba indefinite, non vniuersaliter esse intelligenda, de his nimirum, qui in ipsomet Baptismi vsu hæretici sunt, & veram formam vel materiam Baptismi corrumpunt: nam si non interueniant huiusmodi defectus, sola hæresis suscipientis non sufficit, vt sacramentum nullum fit.

De numero sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.



DEINDE considerandum est de numero sacramentorum.

Et circa hoc queruntur quatuor.

Primo, vtum sint septem sacramenta.

Secundo, de ordine eorum ad inuicem.

Tertio de comparatione eorum.

Quarto, vtum omnia sint de necessitate salutis.

#### ARTICVLVS I.

Vtrum debeant esse septem sacramenta Ecclesiæ.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod non debeant esse septem sacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute diuina ex virtute passionis Christi. Sed vna est virtus diuina, & vna Christi passio, vna enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, vt dicitur Hebr. 10. Ergo non debuit esse nisi vnum sacramentum.

2. Præterea, Sacramentum ordinatur contra defectum peccati. Hic autem est duplex: scilicet, pena & culpa: ergo sufficeret esse duo sacramenta.

3. Præterea, Sacramenta pertinent ad actiones Ecclesiasticæ Hierarchiæ, vt per Dionys. \* patet. Sed, sicut ipse dicit, tres sunt actiones Hierarchiæ, scilicet, purgatio, illuminatio, & perfectio. Ergo non debent esse nisi tria sacramenta.

4. Præterea, August. \* dicit, 19. contra Faust. Sacramenta nouæ legis sunt numero pauciora, quam sacramenta veteris legis. Sed in veteri lege non erat aliquod sacramentum, quod responderet Confirmationi & Extremæ vñctioni. Ergo nec, hæc debent numerari inter sacramenta nouæ legis.

5. Præterea, Luxuria non est grauius inter cetera peccata, vt patet ex his quæ in secunda parte dicta sunt. Sed contra alia peccata non instituitur aliquod sacramentum. Ergo neque contra luxuriam debuit institui sacramentum Matrimonij.

6. Sed contra videtur, quod sint plura sacramenta. Sacramenta enim dicuntur quasi quedam sacra signa. Sed multa alie sanctificationes sunt in Ecclesia secundum sensibilia signa sicut aqua benedicta, consecratio altaris & alia huiusmodi. Ergo sunt plura sacramenta, quam septem.

7. Præterea, Hugo \* de S. Viçtore dicit, quod sacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decime & sacrificia. Sed sacrificium Ecclesiæ est vnum sacramentum, quod dicitur Eucharistia. Ergo etiam oblationes & decime debent dici sacramenta.

8. Præterea, Tria sunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale. Sed contra originale peccatum ordinatur Baptismus, contra mortale autem Penitentia. Ergo deberet esse aliud præter septem, quod ordinetur contra veniale.

Respondendo dicendum, quod, (sicut supra \* dictum est) sacramenta Ecclesiæ ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem, in his quæ pertinent ad cultum Dei, secundum religionem Christianam vitam, & etiam in remedium contra defectum peccati. Vtroque autem modo conuenienter ponuntur septem sacramenta. Vita enim spiritalis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut & cetera corporalia conformata em quandam spiritualium habent. In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur. Vno modo quantum ad personam propriam: alio modo per respectum ad totam communitatem societatis, in qua viuunt: quia homo naturaliter est animal sociale. Respectu autem sui ipsius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Vno modo per se, acquirendo scilicet, aliquam vitam perfectionem: alio modo per accidens, scilicet remouendo impedimenta vitæ, puta, ægritudines, vel aliquid huiusmodi. Per se autem perficitur corporalis vita tripliciter. Primo quidem per generationem, per quam

quam homo incipit esse & vivere. Et loco huius in spirituali vita est Baptismus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud ad Titum tertio. per lauacrum regenerationis, & cetera. Secundo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem & virtutem. Et loco huius in spirituali vita est Confirmatio, in qua datur Spiritus sanctus ad robur. Unde dicitur discipulis iam baptizatis, Luca ultimo. Sedete in ciuitate, quoadusque indaami virtute ex alto. Tertio, per nutritionem, qua conseruatur in homine vita & virtus. Et loco huius in vita spirituali est Eucharistia, unde dicitur Ioannis sexto. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et hoc quidem sufficeret homini, si haberet & corporalem & spiritualem vitam. Sed quia homo incurrit interdum & corporalem infirmitatem & spiritualem, scilicet peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate. Quae quidem est duplex, vna quidem est sanatio quae sanitatem restituit. Et loco huius in spirituali vita est Penitentia, secundum illud Psalmo quod agefino. Sana animam meam, quia peccati tibi. Alia autem est restitutio valetudinis pristinae per conuenientem dietam & exercitium. Et loco huius in spirituali vita est extrema unctio, qua remouet peccatorum reliquias, & hominem paratum reddit ad finalem gloriam, unde dicitur Iacobi quinto. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Perficatur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. Vno modo per hoc, quod accipit potestatem regendi multitudinem & exercendi actus publicos. Et loco huius in spiritu di vita est sacramentum Ordinis, secundum illud Hier. septimo. quod sacerdotes hostias offerunt non solum pro se sed etiam pro populo. Secundo, quantum ad naturalem propagationem, quod fit per Matrimonium tam in corporali, quam in spirituali vita, eo quod non est solum sacramentum, sed natura officium. Ex his etiam patet sacramentorum numerus, secundum quod ordinatur contra defectum peccati. Nam Baptismus ordinatur contra carentiam vite spiritualis. Confirmatio, contra infirmitatem animi, quae in imperio inuenitur. Eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum. Penitentia contra actuale peccatum post Baptismum commissum. Extrema unctio contra reliquias peccatorum, quae scilicet non sunt sufficienter per Penitentiam sublata, aut ex negligentia, aut ex ignorantia. Ordo contra dissolutionem multitudinis. Matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. Quidam vero accipiunt numerum sacramentorum per quamdam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culpam & penalarum, dicentes, quod sicut respondet Baptismus & ordinatur contra culpam originalem: sicut Extrema unctio: & ordinatur contra culpam venialem: charitati, Eucharistia: & ordinatur contra penalitatem malitiae: prudentiae. Ordo: & ordinatur contra ignorantiam: iustitiae. Penitentia: & ordinatur contra peccatum mortale: temperantiae. Matrimonium: & ordinatur contra concupiscentiam: fortitudinis. Confirmatio: & ordinatur contra infirmitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod idem agens principale virtutis diversis instrumentis ad diversos effectus, secundum congruentiam operum. Et similiter virtus diuina & passio Christi operantur in nobis per diversa sacramenta, quasi per diuersa instrumenta.

Ad secundum dicendum, quod culpa & poena diuersitatem habent & secundum speciem, in quantum sunt diuersae species culpam & penam, & secundum diuersos hominum status & habitudines. Et secundum hoc oportuit multiplicari sacramenta, ut ex dictis patet.

Ad tertium dicendum, quod in actionibus hierarchicis considerantur & agentes, & recipientes, & actiones. Agentes autem sunt ministri Ecclesiae: ad quos pertinet Ordinis sacramentum. Recipientes autem sunt illi, qui ad sacramentum accedunt, qui producuntur per Matrimonium. A-

ctiones autem sunt purgatio, illuminatio & perfectio. Sed sola purgatio non potest esse sacramentum nouae legis, quod gratiam confert: sed pertinet ad quadam sacramentalia, quae sunt Carcehismus & Exorcismus. Purgatio autem & illuminatio simul secundum Dionysium pertinet ad Baptismum: & ideo propter reciduum secundario pertinet ad Penitentiam & Extremam unctionem. Perfectio autem quantum ad virtutem quidem (quae est quasi perfectio formalis) pertinet ad Confirmationem: quantum autem ad consecutionem finis, pertinet ad Eucharistiam.

Ad quartum dicendum, quod in sacramento Confirmationis datur plenitudo Spiritus S. ad robur: in Extrema autem unctio preparatur homo, ut recipiat immediate gloriam. Quorum neutrum competit veteri testamento: & ideo nihil potuit his sacramentis in veteri lege respondere. Nihilominus tamen sacramenta in veteri lege plura fuerunt numero, propter diuersitatem sacrificiorum & caeremoniarum.

Ad quintum dicendum, quod contra concupiscentiam venereorum, oportuit specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentum. Primo quidem, quia per huiusmodi concupiscentiam non solum vitatur persona, sed etiam natura. Secundo, propter vehementiam eius, quae rationem absorbet.

Ad sextum dicendum, quod aqua benedicta & aliae consecrationes non dicuntur sacramenta: quia non perducunt ad sacramenti effectum, qui est gratiae consecutio. Sed sunt dispositiones quadam ad sacramenta, vel remouendo prohibens, sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias demonum, & contra peccata venialia, vel etiam idoneitatem quandam faciendo ad sacramenti perfectionem & perceptionem, sicut consecratur altare & vasa, propter reuerentiam Eucharistiae.

Ad septimum dicendum, quod oblationes & decimae erant in lege natura, quam in lege Moysis ordinatae, non solum in subsidium ministrorum & pauperum, sed etiam in figuram: & ideo erant sacramenta: nunc autem non remanserunt in quantum sunt figuralia, & ideo non sunt sacramenta.

Ad octauum dicendum, quod ad deletionem venialis peccati non requiritur infusio gratiae. Unde cum in quolibet sacramento nouae legis gratia infundatur, nullum sacramentum nouae legis instituitur directe contra veniale, quod tollitur per quadam sacramentalia, puta per aquam benedictam. Et haec huiusmodi. Quidam tamen dicunt Extremam unctionem contra veniale peccatum ordinari, sed de hoc suo loco dicitur.

Cap. 3. Ecl. Hier. p. 1. circa finem.

Non completur nisi morte praesens.

COMMENTARIUS.

Thomas in discursu articuli supponit fidei doctrinam, scilicet in noua lege (de illa enim sola tota haec quaestio intelligenda est) septem esse sacramenta, & non plura, nec pauciora. Quam ex principijs fidei non probat, sed congruentes rationes huius numeri sacramentorum affert. Quoniam vero non est in animo, de hac re propriam disputare, in statuere, quia facilis est, & breuiter in hoc comment. expediti potest: ideo prius veritas fidei stabilienda est, & deinde explicanda congruentia, quas D. Tho. affert.

Duobus ergo modis circa hanc doctrinam erratum est. Primo, per defectum: & hoc modo lapsi sunt haeretici huius temporis: ex quibus alij duo, alij tria, alij quatuor, vel quinque sacramenta admittunt, ut constat ex Lindan. in fi. Panopl. & alijs recentioribus. & videntur testimonijs sanctorum Patrum, qui vbi cumque sacramentorum mentionem faciunt, pauciora, quam septem numerant. August. epist. 118. in princ. de Christo & leui iugo eius loquens, inquit, Unde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facilissimis, significatione praestantissimis societatem noui populi colligauit, sicuti est Baptismus Trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud

Error minimum numerum sacramentorum.

aliud in scripturis canonicis commendatur, ac similia repetit lib. 3. de Doct. Christ. cap. 9. Ambrosius etiã in libr. de sacram. tantum prædictorum duorum sacramentorum meminit, sicut & Cyrill. Hierosol. in Catech. præsertim in terra illuminatorum. & Iustin. Martyr. Apolog. 2. pro Christian. in fine, & Tertullian. libro 4. contra Marcion. capite 34. Alij his duobus tertium addunt, scilicet Chrismatis, seu Confirmationis, vt ex Gregor. refert Gratia. in cap. Multi, 1. quaestio. 1. Dionys. vero in libro de Ecclef. Hierarch. præter hæc tria solum quartum addidit, scilicet sacramentum Ordinis. Quantum vero, scilicet Pœnitentiæ sacramentum adfixit Cypr. in serm. de Cœn. Domi. nullus vero Sanctorum Patrum alicubi septem numerat. Nec ex diuina Scriptura colligi potest ille numerus, cum tamen D. August. primo loco supra citato dicat, ea tantum sacramenta Christum Ecclesiæ reliquisse, quæ in scriptura canonica commendantur.

*Error augustinum numerum sacramentorum.*

Alius error esse potest per excessum, asserendo, scilicet plura esse sacramenta, quam septem. In quem videntur aliqui Scholastici inclinasse asserendo dari plura sacramenta, quam septem specie distincta, vt v. g. plura sacramenta Ordinis: plura sacramenta Eucharistiæ: vnum in pane, aliud in vino: vel vnum permanens, aliud in vsu confiltens: vel plura etiam Baptismata, vnum aquæ, aliud sanguinis: Martyrium enim cum gratiam conferat ex opere operato, sacramentum esse videtur, de quibus opinionibus in propriis locis dicendum est: auctores enim earum cum Catholici sint, septenarium sacramentorum numerum conitendunt esse docent, secundum tamen rationes genericas esse explicandum. Quod vero præter illa septem dentur alia, videtur sumi posse ex August. libro 2. de Peccato. mer. & remis. cap. 26. vbi cibum sanctificatum, qui Catechumenis datur, sacramentum appellat, & lib. 4. de symbol. cap. 1. Exorcismos, insufflationes, & alia quæ sunt circa catechumenos, sacramenta vocat, & libr. 19. contra Faust. cap. 14. Baptisimum, Eucharistiam, & Crucis signum, inter sacramenta numerat. Basil. etiam libr. de Spiritu sancto. ca. 27. plura numerat sacramenta, quæ ex Apostolorum traditione Ecclesiæ retinet, & sacram habent significationem.

*Concluditur septem esse sacramenta.*

Doctrina vero Catholica vtrumque vitat extremum: & primo docet, septem esse à Christo Domino instituta sacramenta, quæ partim in scriptura expressa sunt, partim insinuata, & ab Ecclesiâ magis declarata. De Baptismo habetur sermo Ioan. 3. & 4. Matth. 28. ad Ephes. 4. de Eucharistia, Matth. 26. Lucæ. 22. Marci 14. Ioann. 6. & 1. ad Cor. 11. de Pœnitentiâ est clarus locus, Ioan. 20. Quorum remisistis peccata, in sinuatur vero, 1. ad Cor. 5. Dedit nobis spiritum reconciliationis. De confirmatione fit mentio Act. 8. & 19. vbi Apostoli imponebant manus super baptizatos, vt eis daretur Spiritus sanctus. De ordine præter verba Christi Matth. 26. Hoc facite, recte intelligitur locus ille, 2. ad Timor. 1. Admoneo te, resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. De extrema vnctione mentionem facit Iacobus in sua epistola cap. 5. Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, oleo sancto, &c. Deniq; de Matrimonio ait Paul. ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. Quæ testimonia in singulis sacramentis diligentius expendenda sunt: quædam enim, vt dixi, per se sunt satis clara: alia vero sine Ecclesiæ autoritate, & expositione non cõuincerent. Secundo ergo probatur ex traditione Ecclesiæ: nunc enim videmus in Ecclesiæ vsu septem esse sacramenta & communi Catholicorum consensu, omnia esse recepta, vt vera, ac propria sacramenta à Christo instituta: sed hoc non est aliquid nouum in Ecclesiâ, sed potius tam antiquum, vt præterita tempora vsque ad Christum repetendo, nullum eius iactum, vel in aliquo Concilio, vel in ali-

cuius pontificis decreto reperitur, ergo signum est à Christo per Apostolos & eorum successores vsque ad nos peruenisse. Propter quod hæc veritas tandem definita est in Concil. Flor. in decreto Eugenii, quam Græci, & Armeni facile cum Latinis receperunt. Idem definit Con. Trid. sess. 7. can. 1. Et in c. Ad abolendam, de hæreticis, damnantur, qui de Ecclesiæ sacramentis aliter sentiunt, quam Catholica Ecclesiâ Romana tradit, quæ in hac doctrina errare non potest, cum ad præcipua fidei fundamenta pertineat. Tertio asserere possemus Patrum testimonia: sed quia, tractando de singulis sacramentis, ea fusius & diligentius asserenda sunt, nunc ad confirmandam hanc veritatem, pro quinque sacramentis, sufficienter ea testimonia, quæ obiciendo in principio quaestiois adducta sunt: quibus statim alia addeamus. Pro sacramento vero Extremæ vnctionis, est apertus locus apud Innoc. I. epist. 1. ad Decem. c. 8. vbi loquens de oleo infirmorum, dicit Pœnitentibus infundi non posse, quia genus est sacramenti, nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo putatur vnum genus posse concedi? Citari etiam potest August. epist. 119. c. 7. vbi inter materias sacramentorum, oleum ponit præter aquam, panem, & vinum. Atque eodem modo scribit Tertull. lib. 1. cont. Marcion. cap. 14. qui hoc etiam sacramentum videtur indicasse lib. de resurrect. carn. cap. 8. dicens, Caro vngitur, vt anima consecratur, & lib. de Præscription. aduersus hæret. capit. 41. in illo verbo, Quæ audeant curationes repromittere, vt ibi notat Pamel, de hoc argumento plura Patrum testimonia congerit. Tandem pro sacramento Matrimonii asserri potest Aug. lib. de bono coniugali c. 18. vbi, Sacramentum nuptiarum, illud appellat. Et eodem modo loquitur lib. 1. de Nupt. & concup. capit. 10. Et plures alios refert Pam. in scholiis ad Tertull. li. de Præscrip. hæret. c. 40. num. 248. & specialiter asserit Pet. Damian. in ser. 1. de Dedic. Ecclesiæ: vbi septem numerat sacramenta, quæ alij separatim recensent.

Vnde intelligitur, nullum argumentum in contrarium sumi ex eo, quod sancti Patres quædam sacramenta alicubi numerant, aliis prætermisissis: nam aliud est tacere, aliud negare, seu excludere aliquod ex prædictis à numero sacramentorum: hoc posterius in nullo sanctorum Patrum reperitur: illud autem prius nihil obstat: quia nec necesse est omnes ac singulos Patres de omnibus sacramentis scripsisse, & multo minus necessarium est, vt in omnibus locis, vbi aliquorum incidit sermo, omnia commemovent: interdum enim specialis occurrit occasio scribendi, aut loquendi de quibusdam, & non de aliis: nonnunquam vero gratia exempli quædam ponuntur, quæ celebriora sunt, vt facile intelligetur breuiter discurrendo per singulos in principio citatos. August. enim in illis locis in exemplum adduxit duo sacramenta, non vero excludit alia: cuius signum euidenter est, quia generalem clausulam postea adiunxit. Quod etiam obseruauit Conc. 1. in Psal. 103. circa illa verba. Qui tegis aquis superiora eius. Respice (inquit) ad munera Ecclesiæ, munus sacramentorum in Baptismo, in Eucharistia, & in cæteris sanctis sacramentis. Quorum ipse aliis locis specialè mentionè facit vt sacramenti Chrismatis, li. 2. cont. lit. Petil. c. 104. Et Ordinis, li. 2. cont. Parm. c. 13. & lib. 1. de Baptismo. 1. & Pœnitentiæ, in toto libr. de ver. & fals. pœnit. & enarratione in Psal. 146. circa illa verba, Qui alligat contritiones eorum. Cyprianus vero in eo serm. de his tantum sacramentis scripsit, quæ ipse credit fuisse à Christo in nocte cœnæ instituta, Iulianus vero ad Gentes sermonem habens, eorum tantum sacramentorum rationem reddidit, quorum noticia seu fama ad eos magis peruenerat: quia sunt in frequentiori vsu fidelium: & quia specialiter illa duo sacramenta adhibita semper fuerunt in ritu & modo initiandi eos, qui ad fidem conuertuntur. Propter quam

quam causam, ubi sancti Patres de iniciandis fidelibus scribunt, horum sacramentorum speciale mentionem faciunt, ut videre est apud Tertullianum libro quarto, contra Marcion. capite trigesimo quarto, interdum vero addunt etiam Confirmationem, quia hoc sacramentum itatum post Baptismum & ante Eucharistiam conferri solebat, quando Episcopus aderat, qui est ordinarius minister illius sacramenti, quod significavit Cyprianus Epistola 70. & Hieronymus Dialogo contra Lucifer. ante medium, dicens, An nescis, hunc esse Ecclesie morem, ut baptizatis postea manus imponantur: & inuocetur Spiritus sanctus? exigit ubi scriptum sit? in Actibus Apostolorum. Et etiam si sacra Scripturae autoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar precepti obtineret. Quae postrema verba contra haereticos huius temporis valde notanda sunt. Ex hoc modo intelligi potest, locutum fuisse Gregorium in dicto capite Multi, quamuis solum gratia exempli, illorum trium sacramentorum mentionem ibi fecisse videatur. Dionysius denique non asumpsit prouinciam explicandi omnia sacramenta, sed Ecclesiasticam Hierarchiam describendi: & ideo solum disputat de actibus hierarchicis, qui publico & solemniori ritu fiunt, ut sunt solemnior administratio Baptismi, Confirmatio, Ordo, & Eucharistiae sacrificium: de aliis vero ibi mentionem non fecit: quia intentioni eius nihil deserviebant. Atque eodem modo Raban. libro de institut. cleric. praetermissio Matrimonio, de aliis disputauit, quia solum agebat de his, quae ad clericos per se possunt spectare.

Non esse  
plura, quam  
septem sa-  
cramenta  
debetur.

Secundo fides Catholica docet, non esse plura sacramenta, quam haec septem. Hanc veritatem insinuauerat Concil. Florent. expressius vero eam definiuit Trident. sessio. 7. canon. 1. de sacrament. in genere. Fundatur autem in Ecclesiastica traditione: quae docet, Christum illa septem instituisse, & non plura. Dices, ex Scriptura sacra, vel traditione Ecclesiae non constat quidem Christum instituisse plura, hinc tamen non potest inferri, tanquam de fide certum, Christum non instituisse plura, quia est argumentum ab autoritate negatiua, quod ex suo genere infirmum est. Respondetur, Concil. Trident. non solum tacuisse plura, sed positius docuisse, ac definitiuis non esse plura, quod non tantum collegit ex autoritate negatiua, sed tacite ita interpretatur scripturam & Ecclesiasticam traditionem: quod nimirum, docendo praedictum septenarium numerum, quemcumque alium maiorem negauerit: quod in aliis fidei dogmatibus obseruare licet. Quando enim scriptura docet, in Deo esse tres personas, hoc ipso intelligitur, negare esse plures, etiam si expressus non dicat. Et similiter, cum affirmat, Filium factum esse hominem, intelligitur negare alias personas esse incarnatas, etiam si hoc amplius non declarer. Ad exactam enim mysteriorum fidei cognitionem, & sinceram veritatem vtrumque necessarium est: & ideo in tali definito numero, intelligitur praescindi & excludi maior numerus. Denique alias liberum fuisset vnicuique fingere noua sacramenta sine fundamento, asserendo, ea fuisse a Christo instituta, quod esset valde perniciosum Ecclesiae. Quapropter non solum de fide est, esse in Ecclesia septem sacramenta generata, & confusa, sed definite illa septem, quae Concilia numerant, scilicet Baptismum, &c. quae intelligenda sunt cum ea proprietate, quae iuxta communem usum, & sensum Ecclesiae recipiuntur: ut verbi gratia, nomine Baptismi intelligendum est Baptismus aquae sub tali forma administratus: quia hoc intelligit communiter Ecclesia nomine Baptismi absolute dicti. Vnde fingere aliud genus Baptismi, quod sit verum sacramentum, contra hanc esse definitionem: & ideo nullo modo af-

firmari potest, Martyrium, quod per metaphoram quandam dicitur Baptismus sanguinis, esse sacramentum, quomodo autem in eo gratia conferatur, infra dicemus. Atque idem obseruandum est in caeteris sacramentis. An vero illa septem sacramenta sint septem species vltimae, vel solum sint septem capita, ad quae omnia Ecclesiae sacramenta reducuntur, siue illa sint specifica, siue generica, in hoc nihil est de fide definitum: quamuis probabilius sit, omnia esse vltimas species sacramentorum: nam si qua est varietas, vel multitudo: tota ordinatur ad vnum integrum ac perfectum sacramentum perficiendum, ut de Ordine & Eucharistia suo loco dicemus. Vltimo est in hac conclusione considerandum, sermonem hic esse de propriis ac perfectis sacramentis: sicut enim Concilium Tridentinum definiuit, quodlibet horum septem esse vere & proprie sacramentum. Quando vero sancti Patres alios ritus vel caeremonias sacramenta vocant, loquuntur de sacramento in lata significatione, prout quodlibet signum sacrum, sub quo mysterium aliquod latet, dici solet sacramentum, ut ex dictis in principio huius materiae constat, Et haec tenus de doctrina fidei.

Septem esse  
sacramenta  
secundum  
speciem vltimam, probabilius.

Supere est, ut rationes seu congruentias, propter quas septem sacramenta, & non plura, neque pauciora nobis data sunt, explicemus. Prima & valde recepta est illa, quae vsus est hic D. Thom. & 4. contra Gent. capite 88. quamque Concilium Florentinum amplectum est, & sumpta est ex proportione inter corporalem & spirituales vitam: nam finis sacramentorum est vita spiritualis animarum, & ideo ex necessitate vel utilitate finis recte sumitur sacramentorum numerus: necessitas autem ex parte huius finis recte per dictam proportionem explicatur. In corporali enim vita, quaedam sunt necessaria singulis personis, quaedam vniuersae toti naturae. Rursus priora, quaedam sunt per se requisita ex intrinseca constitutione naturae, alia ex accidenti. Per se namque primum necessaria est productio seu generatio: deinde augmentum vsque ad perfectum & virilem statum: Tertio, nutritio continua ad conseruandum corpus: Quarto, ex accidenti propter occurrentem corporis aegritudinem necessaria est medicina: quae vim habeat curandi corpus, & expellendi morbum: quo expulso quinto necessarium est aliquod remedium, ut conualecat corpus, & amissas vires recuperet. Praeter haec vero ad conseruationem & gubernationem totius naturae necessaria est potestas propagandi genus humanum per coniunctionem maris & foeminae licitam, & conuenienti modo factam: & potestas gubernandi rempublicam & continendi homines in officio ac iustitia. Haec igitur omnia in vita spirituali sunt, & propter illa sunt septem sacramenta instituta. Baptismus, ad regenerandos homines in spirituali vita: Confirmatio ad dandum augmentum, robur ac virilem statum: Eucharistia, ad conseruandam & nutriendam charitatem, & ita haec tria sacramenta sunt bona per se ordinata ad bonum singulorum. Poenitentia vero addita est occasione actualis peccati ad curandam spirituales aegritudinem, si post generationem spirituales contingat illam incurere: adiuncta vero est Extrema vnctio, quasi ad instaurandas vires & reliquias aegritudinis profus curandas. Ordo vero & Matrimonium ad bonum totius communitatis ordinata sunt: hoc propter propagandos homines spiritualis vitae capaces, ille vero ad spiritualiter regendos illos.

Circa hanc vero congruentiam dubitari potest: quia in multis rebus non seruat conuenienter proportio assumpta, nam in vita corporali non sunt distincta media ordinata ad augendum, & nutriendum, seu conseruandum corpus, & ad reparandum illud

Obiectio.

illud post expulsum ægritudinem: totum enim hoc agitur eisdem cibis & eisdem internis facultatibus, calore scilicet naturali & virtute nutriente: ergo in vita etiam spiritali idem Eucharistiæ sacramentum, quod est cibus animæ, sufficere poterat, & ad nutriendam & augendam spiritualem vitam per Baptismi regenerationem datam, & ad confirmandam, perficiendam, & purificandam (vt sic dicam) eandem spiritualem vitam per Pœnitentiæ medicinam restitutam. Hac enim de causa, Eucharistia non solum post Baptismum, sed etiam post Pœnitentiæ, nec semel tantum, sed iterum atque iterum sumenda est. Secundo aliunde videri potest addenda fuisse alia duo sacramenta ad bonum totius communitatis: vnum quidem ad commodum eorum, qui humanam rempublicam temporaliter gubernant, dictum est enim ad vitam humanam naturalem duo esse necessaria, scilicet propagationem generis humani, eiusque gubernationem: ergo, sicut institutum est vnum sacramentum ratione propagationis, vt sancte fiat: ita institui aliud debuit ratione gubernationis: vt Magistratus, qui rempublicam gubernant, inde haberent speciale Dei auxilium, suo muneri valde necessarium. Neque enim ad hoc sufficit sacramentum Ordinis, quia valde diuersum est spirituale & temporale regimen, & valde diuersa vtriusque potestas. Nam inter se & re & subiecto frequenter separantur: sacramentum autem Ordinis dat spiritualem potestatem: non vero temporalem: nec speciale auxilium ad illam sancte exercendam: ergo ad hoc necessarium fuit aliud sacramentum pro bono totius communitatis. Alia ratione videntur etiam requiri plura sacramenta ad commune bonum Ecclesiæ: nam triplex hominum status est in Ecclesiâ, Sacerdotij seu Episcopatus: Matrimonij, & Religionis: sed ad perficiendos seu iuuandos homines in duobus primis statibus instituta sunt duo sacramenta: ergo oportuit aliud institui quo perficerentur homines, qui tertium statum vellent assumere, vt gratiam ex opere operato, & speciale auxilium reciperent ad sustinenda, & perficienda onera illius status: maxime cum status ille religiosus sit & sacer, ac difficilis multumque indigens diuina ope & gratia, & abunde magnam proportionem habeat ad sacram significationem ex institutione recipiendam, cum sit veluti quoddam spirituale vinculum & mutus contractus inter Deum & animam.

*Ad obiectionem respondetur.*

Respondetur, in his congruentiis & proportionibus non esse petendam exactam similitudinem, neque absolutam demonstrationem, quæ ostendat id, quod factum est, ita esse conueniens, vt non possit alio conuenienti modo fieri: constat enim hoc non esse necessarium: quia facile est, Deo varijs atque infinitis modis conuenientibus atque infinitæ sapientiæ eius consentaneis, hominibus consulere. Ad priorem ergo partem obiectionis respondetur primo, in vita corporali illos tres fines esse diuersos, scilicet nutriendi, augendi, & reparandi vires corporis. Rursus, media ad hos fines, licet non omnino, tamen aliquo modo esse diuersa: & hoc satis est ad prædictam proportionem, & vt intelligamus, etiam in spiritualibus hos fines esse diuersos, & propter eos potuisse satis conuenienter tria sacramenta institui. Sed addi præterea potest, sacramentum Eucharistiæ per se primo institutum esse ad nutriendam charitatem, fuisse tamen necessariam Confirmationem, quæ proxime ac per se institueretur ad stabilendum hominem in fide, dando illi specialem gratiam & robur ad proficiendam illam superando omnia pericula: & propter hanc causam dicitur specialiter dare augmentum & virilem statum in vita spiritali & consignare hominem in militem idoneum ad spiritualem pugnam strenue exercendam. Præter hæc vero necessarium fuit aliud sacramentum, quod specialiter iuaret

hominem in virtute spei, quod non immerito attribui potest sacramento Extremæ vnctionis: nam spes beatitudinis obtinendæ, maxime videtur necessaria in mortis articulo. Et ideo institutum fuit illud sacramentum, quo animarentur, & nouam quandam fiduciam conciperent homines ex hoc mundo transituri. Propter has ergo causas, & propter plures alias, quæ suis locis tradentur, oportet hæc sacramenta esse distincta.

Ad posteriorem partem obiectionis responderetur, non fuisse necessaria alia sacramenta: nam quod attinet ad temporalem potestatem, magna differentia est inter illam, & spiritualem: nam illa naturalis est seu humana, fundamentum habens in natura & voluntate humana: hæc vero est supernaturalis, & in ea non tantum reperitur potestas iurisdictionis, quæ per extrinsecam confessionem dari solet: sed etiam potestas Ordinis, quæ ad supernaturales & diuinas quodammodo actiones ordinatur: & ideo oportuit hanc potestatem dari per speciale sacramentum. Rursus, quia actiones huius potestatis sacræ sunt, & proxime ordinantur ad cultum Dei, ideo oportet specialiter sanctificari per sacramentum eos, qui ad illas ex officio obundas ordinantur: actiones vero potestatis temporalis non sunt sacræ, sed ciuiles ac morales, & ideo, sicut ad illas probe exercendas, morales virtutes sufficiunt, ita etiam satis sunt ea subsidia & sacramenta, quæ Deus omnibus fidelibus prouidit, vt bene moraliter viuere possent: alioqui, si ad iustitiam recte administrandam institutum fuisset vnum sacramentum, eadem ratione ad seruandam castitatem, & singulas virtutes, debuissent singula sacramentalia remedia institui. Atque eadem fere responsio est ad alteram partem. Vt enim nunc ablineamus ab illa disputatione, an status religionis fuerit à Christo institutus, propter illum non fuit necessarium speciale sacramentum institui, quia in eo nullum est speciale ministerium, seu spiritualis potestas, sicut est in sacerdotali statu, sed solum est via quædam & schola addiscendæ & acquirendæ perfectionis, charitatis, & virtutum omnium: ad quem finem sufficiunt communia sacramenta, si frequentius & dignius eis vtamur: nam vt dixi, propter solam perfectionem virtutis exercendæ, nisi addit alia specialis ratio, non oportuit distinctum sacramentum institui. At vero in Matrimonio non vna tantum, sed plures rationes speciales reperiuntur. Primum, specialis significatio coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, quam à principio habuit fidelium Matrimonium, propter quam oportuit in lege gratiæ sanctificari. Deinde magna necessitas illius status, coniuncta cum magna fragilitate, difficultate, ac periculo, propter fomitis ac concupiscentiæ inordinationem. Recte igitur septem sacramenta à Christo instituta sunt, eisque sufficiens est Ecclesiæ prouisum. Atque hæc sufficiant etiam de reliquis congruentiis D. Thom. quæ per se satis claræ sunt.

#### ARTICVLVS II.

Verum sacramenta conuenienter ordinantur secundum modum prædictum.

**A**d secundum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter sacramenta ordinantur secundum modum prædictum. *¶* Vt enim apostolus dicit, 1. Corinth. 15. Prius est quod est animale, deinde quod spirituale. Sed per matrimonium generatur homo prima generatione, quæ est animalis: per primum Baptismum autem generatur homo secunda generatione, quæ est spiritalis. Ergo matrimonium debet præcedere Baptismum.

2. Præterea, per sacramentum Ordinis aliquis accipit potestatem

estatem agendi actiones sacramentales. Sed agens est prior sua actione. Ergo Ordo debet precedere & Baptismum & alia sacramenta.

3. Præterea, Eucharistia est spirituale nutrimentum, Confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem est causa augmenti, & per consequens prius eo. Ergo Eucharistia est prior confirmatione.

4. Præterea, Penitentia preparat hominem ad Eucharistiam. Sed dispositio precedit perfectionem. Ergo Penitentia debet precedere Eucharistiam.

5. Præterea, Quod est propinquius fini ultimo, est posterius. Sed extrema vñctio inter omnia sacramenta propinquior est ultimo fini beatitudinis, ergo debet habere ultimum locum inter sacramenta.

Art. preced. In contrarium est, quod communiter ordinantur ab omnibus sacramenta, sicut prius dictum est.\*

Art. preced. RESPONDEO dicendum, quod ratio ordinis sacramentorum apparet ex his que supra dicta sunt. Nam sicut vnum est prius quam multitudo, ita sacramenta que ordinantur ad perfectionem vnius persone naturaliter, precedunt ea, que ordinantur ad perfectionem multitudinis. Et ideo ultimo inter sacramenta ponuntur Ordo & Matrimonium, que ordinantur ad multitudinis perfectionem. Matrimonium tamen post ordinem, eo quod minus participat de ratione spiritualis vite, ad quam ordinantur sacramenta. Inter ea vero, que ordinantur ad perfectionem vnius persone, naturaliter sunt priora illa, que per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vite, quam illa que ordinantur per accidens, scilicet ad remouendum accidens nociuum superueniens: cuiusmodi sunt Penitentia & Extrema vñctio. Posterior tamen est naturaliter Extrema vñctio, qua confirmat sanzionem, Penitentia que inchoat, inter alia vero tria manifestum est, quod baptismus, qui est spiritualis regeneratio, est prius: & deinde Confirmatio, que ordinatur ad formalem perfectionem virtutis, & postmodum Eucharistia, que ordinatur ad perfectionem finis.

AD primum ergo dicendum, quod matrimonium, secundum quod ordinatur ad animalem vitam, est nature officium, sed secundum quod habet aliquid spiritualitatis, est sacramentum. Et quia minimum habet de spiritualitate, ultimo ponitur inter sacramenta.

AD secundum dicendum, quod ad hoc quod aliquid sit agens, præsupponitur quod sit in se perfectum, & ideo priora sunt sacramenta, quibus aliquis in seipso perscitur, quam sacramentum ordinis quo aliquis constituitur perfectior aliorum.

AD tertium dicendum, quod nutrimentum & precedit augmentum, sicut causa eius, & subsequitur augmentum sicut effectus.

4. cap. 3. egit de Eucharistia, sed ideo potest Eucharistia præmitti confirmationi, vt Dionysius facit in lib. de Eccles Hierar. & potest postponi, sicut Magister facit in quarto sententiarum.

AD quartum dicendum, quod ratio illa recte procederet, si penitentia ex necessitate requireretur, vt preparatoria ad Eucharistiam. Sed hoc non est verum, nam si aliquis esset sine peccato mortali, non indigeret penitentia ad suscipiendum Eucharistiam. Et sic patet, quod per accidens penitentia preparat ad Eucharistiam, scilicet supposito peccato, vnde dicitur 2. Paral. vlt. Tñ Domine iustorum, non posuisti penitentiam iustis.

AD quintum dicendum, quod Extrema vñctio propter rationem inducitur, est vltimum inter sacramenta, que ordinantur ad perfectionem vnius persone.

COMMENTARIVS.

Numerauerat Diuus Thom. articulo precedenti, septem sacramenta, hoc ordine, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, Extrema vñctio, Ordo, Matrimonium: quarum ergo in presenti, an hic ordo numerandi sacramenta sit conueniens, Fr. Suarez. Tom. 3

id est, an sit fundatus aliquo modo in ipsis sacramentis, vel omnino sit voluntarius. Et respondet, esse conuenientem & fundatum in ipsis sacramentis. Cuius signum adducit in argumento, Sed contra: quia ab omnibus hoc ordine numerantur, nam si res fuisset prorsus voluntaria, & ad libitum, non tam facile omnes in ea conuenissent. Cum autem Diuus Thomas (Omnes) dicit, Scholasticos potissimum intelligere videtur: quos Concilia, præsertim Florent. & Tridentin. hac in parte approbasse videntur: quamuis nonnulli ex scriptoribus antiquis, interdum hunc ordinem mutent, vt in solutione ad 3. idem Diuus Thomas indicat, & infra latius dicam in principio disputationum de Eucharistia. Rationem autem huius ordinis optimam reddit D. Thom. quæ in litera satis clara est. Solum potest dubitari, quid sit hic ordo sacramentorum: non est enim ordo perfectionis. Nam de hoc agitur in articulo sequenti, Vnde sumatur natura, seu causalitatis: quia vnum sacramentum non est causa alterius: neque etiam est ordo temporis: quia non est necesse sacramenta eo ordine suscipi, quo numerata sunt. Respondetur hunc ordinem præcipue videri sumptum ex finibus sacramentorum, quatenus ad spirituales vitam ordinantur, vel cum illa coniunctionem habent. Nam hoc modo hominum perfectio seu spiritualis vita prius consideratur in singulis personis, quam intelligatur aliquid esse necessarium in tota communitate in ordine ad hunc finem: & hoc modo dicuntur esse priora, sacramenta ordinata ad singulos, quam ad communitatem, & ea que sunt per se, his que sunt per accidens: & sic de aliis. Hinc vero fit, vt hic ordo partim confurgat ex maiori necessitate, vel in ordine ad effectum, vel in ordine ad vsum aliorum sacramentorum. Cum Baptismus est simpliciter primus inter omnia sacramenta. Partim vero ex ordine ad vsum, vel necessarium vel conuenienterem: quomodo Confirmatio est prior Eucharistia per se loquendo, vt infra dicam disputans de Confirmatione & Penitentia, quam Extrema vñctio, si peccatum actuale præcessit. Partim denique ex maiori perfectione, seu spiritualitate, vt Diuus Thom. loquitur: qui hac ratione dixit Matrimonium Ordini postponi, & hæc sufficiant de presenti articulo. Nam in eo solum videtur D. Thom. voluisse reddere rationem illius ordinis, quem in disputatione de sacramentis Scriptores tenere consueuerunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum Sacramentum Eucharistia sit potissimum inter sacramenta.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod sacramentum Eucharistia non sit potissimum inter sacramenta. Bonum enim commune potius est, quam bonum vnius, vt dicitur primo Ethicor. Sed Matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humane, per viam generationis, sacramentum autem Eucharistia ordinatur ad bonum proprium sumentis. Ergo non est potissimum sacramentorum.

2. Præterea, Digniora sacramenta esse videntur, que per maiorem ministrum conferuntur. Sed sacramentum Confirmationis & sacramentum Ordinis non conferuntur, nisi per Episcopum, qui est maior minister, quam simplex sacerdos, per quem conferitur Eucharistia sacramentum. Ergo illa sacramenta sunt potiora.

3. Præterea: sacramenta tanto sunt potiora, quanto maiorem virtutem habent. Sed quadam sacramenta imprimunt characterem (scilicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo) quod non facit Eucharistia: Ergo illa sacramenta sunt potiora.

4. Præterea, illud videtur esse potius, ex quo alia dependent: & non e conuerso. Sed ex Baptismo dependet Eucharistia,

Vnde sumatur Ordo sacramentorum in 1. se.

4. d. 7. q. 1. ar. 1. q. 3. cor. & d. 8. q. 1. ar. 1. q. 1. & 4. con. c. 7. a. col. 2. & ver. q. 27. ar. 4. cor. li. 1. Ethicor. 2 in fi. 10. 8.



COMMENTARIUS.

**C**irca hunc articulum observandus est Canon tertius Concilii Tridentini. sess. 7. de sacram. in genere. Si quis dixerit, haec septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliquid sit alio dignius, Anathema sit. Ex quo non colligitur tanquam de fide certum, omnia sacramenta esse inaequalia in perfectione: sed hoc solum non omnia esse aequalia. Quod saltem est de fide certum ratione comparationis, quam hoc loco Divus Thomas facit: quoniam saltem necesse est confiteri, Eucharia sacramentum perfectius esse ceteris, ut eadem Concilium non obscurare docuit sessione 13. capit. 1. 2. & 3. & infra de illo sacramento specialiter disputans latius dicemus: nunc sufficientes rationes Divi Thomae. Circa quas est observandum secundo: perfectionem sacramenti posse considerari, vel in esse ipsius sacramenti, vel in ratione causae, seu finis aliorum sacramentorum; vel in effectu gratiae seu in virtute conferendi illam. Luxta primum comparationem procedit prima ratio Divi Thomae. Et est res manifesta suppositis principibus fidei. Nam Eucharia sacramentum, & est res permanens, & in se complectitur realiter & substantialiter ipsum Christum: ergo in esse suo est perfectius ceteris sacramentis. Unde sit etiam, superare reliqua in ratione signi: quia reliqua immediate significant gratiae effectum, hoc vero significat ipsum Christum, quem continet, & ultra hoc significat etiam gratiam, quam confert, & est animarum cibum. Luxta secundam comparationem procedit secunda ratio, & oritur ex praecedenti. Nam quia Eucharia in suo esse est ita perfecta, ut in se Christum contineat, ideo ad illam, ut ad finem ordinatur cetera sacramenta. Quod solum in Extrema unctione aliquid difficultatem habet, quam hic tetigit Caeteran. quia Extrema unctio, quoad usum est ultimum sacramentorum, quantum est ex vi sui institutionis. Nam ordinatum est, ut post cetera sacramenta in extremo vitae periculo accipiatur: ergo non ordinatur ad Euchariam. Respondet autem Caeteran. quodammodo dici ordinari ad Euchariam ratione effectus: tollit enim reliquas peccatorum & perfecte mundat animam, quae est optima dispositio ad unionem cum Christo, quam facit Eucharia. Ad do praeterea, quia Christus est praesens in Eucharia, quod ordinatur ad perfectiorem unionem cum Christo, quantum in se est, ordinari etiam potest ad digniorem huius sacramenti sumptionem, & melior dispositio ad recipiendum Eucharia sacramentum: si velit illud postea suscipere, & potest interdum accedere. De matrimonio vero ipse D. Thom. explicat ratione significationis ordinari ad Euchariam, quia significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, quam Eucharia perficit. Potest vero non improbabiler dici, sacramentum Matrimonij, specialiter ordinatum esse ad moderandam carnis concupiscentiam, ut quibusdam procreationi incumbunt, magis idonei sunt ad purissimum Eucharia sacramentum suscipiendum.

De tertia comparatione D. Thom. nihil dixit, nec in illa quidquam certum aut definitum invenio: nam licet propter Christi praesentiam videatur probabile, sacramentum Euchariae (stante aequali dispositione subiecti) maiorem gratiam conferre, quam cetera, tamen aliunde: quia hoc sacramentum institutum est, veluti ad continuam nutritionem, & consequenter, ut saepius ac frequentius recipiatur, ideo non videtur necessarium, ut quoties recipitur, toties maiorem gratiam conferat, quam Baptismus semel susceptus, vel quam Confirmatio, aut Ordo. Est itaque res incerta: Divus Thom. autem videtur priorem partem insinuare: nam simpliciter praefert Euchariam omnibus sacramentis: postea vero

D. Thomae  
rationes capi  
debent.

Extrema  
Unctio ad  
Eucharistiam  
ordinatur.

stia, non enim potest aliquis Euchariam accipere, nisi fuerit baptizatus: Ergo Baptismus est prior Eucharia.

**Cap. 3. Eccl. hier. non re-  
mois ad prim.** SED contra est, quod Dionysius dicit 3. c. Eccl. hier. quod non contingit aliquem perfecti perfectione hierarchica, nisi per divinisam Euchariam. Ergo hoc sacramentum est potissimum omnium aliorum.

**R**ESPONDEO dicendum, quod simpliciter loquendo, sacramentum Eucharia est potissimum inter alia sacramenta. Quod quidem tripliciter apparet: primo quidem ex eo, quod in eo continetur: nam in sacramento Euchariae continetur ipse Christus substantialiter, in aliis autem sacramentis continetur quaedam virtus instrumentalis participata a Christo, ut ex supra dictis patet. Semper autem, quod est per essentiam, potius est eo, quod est per participationem. Secundo, hoc apparet ex ordine sacramentorum ad invicem: nam omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum, sicut ad finem: Manifestum est enim, quod sacramentum Ordinis ordinatur ad Euchariam, & consecrationem: Sacramentum vero Baptismus ordinatur ad Euchariam receptionem: In quo etiam persistit aliquis per Confirmationem, ut non vereatur se subtrahere a tali sacramento. Per Penitentiam etiam & Extremam unctionem, preparatur homo ad digne sumendum Corpus CHRISTI. Matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum significat coniunctionem CHRISTI & Ecclesiae: cuius unitus per sacramentum Euchariae figuratur: unde & Apostolus dicit, Ephes. capit. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in CHRISTO & in Ecclesia. Tertio, hoc apparet ex ritu sacramentorum. Nam ferre omnia sacramenta in Eucharia consummatur: ut Dionysius dicit 3. capit. Eccl. hier. arch. sicut patet, quod ordinari communicant, & etiam baptizari si sint adulti. Aliorum autem sacramentorum comparatio ad invicem, potest esse multiplex. Nam in via necessitatis, Baptismus est potissimum sacramentorum. In via autem perfectionis sacramentum Ordinis. Medio autem modo se habet sacramentum Confirmationis. Sacramentum vero Penitentiae & Extremae unctionis sunt inferioris gradus a praedictis sacramentis: quia sicut dictum est, ordinantur ad vitam Christianam, non perfecte, sed quasi per accidens, scilicet in remedium supervenientis defectus. Inter quo tamen Extrema unctio comparatur ad Penitentiam, sicut Confirmatio ad Baptismum: ita scilicet, quod Penitentia est maioris necessitatis, sed Extrema unctio est maioris perfectionis.

Quaest. 4. a. 2. 3. & 4.

Cap. 3. Eccl. hier. circa prim.

Art. 1. huius  
quaest.

**A**D primum ergo dicendum, quod Matrimonium ordinatur ad commune bonum corporaliter, sed bonum commune spirituale totius Ecclesiae continetur substantialiter in ipso Euchariae sacramento.

**A**D secundum dicendum, quod per Ordinem & Confirmationem deputantur fideles CHRISTI ad aliqua specialia officia, quae pertinent ad officium principis. Et ideo tradere huiusmodi sacramenta, pertinet ad solum piscopum, qui est quasi princeps in Ecclesia. Per sacramentum vero Euchariae non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc sacramentum est finis omnium officiorum, ut dictum est.

**A**D tertium dicendum, quod character sacramentalis, sicut supra dictum est, est quadam participatio sacerdotij CHRISTI. Unde sacramentum, quod ipsum Christum coniungit homini, est dignius sacramento, quod imprimat Christi characterem.

**A**D quartum dicendum, quod ratio illa procedit, ex parte necessitatis: sicut enim Baptismus, cum sit maxima necessitatis, est potissimum sacramentorum, sic Ordo & Confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerij, & Matrimonium ratione significationis. Nihil enim prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod tamen non est dignius simpliciter.

In cor. ap. 1. 7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

7. 63. art. 3.

vero comparat cetera inter se: quæ comparatio maxime videtur, quoad effectum intelligenda: ergo in eadem re præfert Eucharistiam cæteris.

Tertio igitur, circa vltimam partem corporis articuli aduertendum est, Diuum Thomam inter cetera sex sacramenta, hunc ordinem perfectionis constitueret, vt primum locum teneat Ordo: secundum Confirmationem: tertium Baptismus, quartum Extrema vnctio: quintum Pœnitentia: sextum Matrimonium. De qua comparatione multa dici possunt, nam fere in omnibus sacramentis est aliquid excellens & singulare, in quo cetera superant: sed hoc p̄det ex notitia omnium sacramentorum, & ideo hæc comparatio melius in singulis fiet.

Solutiones argumentorum non indigent explanatione, & quæ Cæteranus notat circa solutionem ad 2. ex dictis sunt satis explicata.

ARTICVLVS IV.

Verum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

**A**D quartum sic proceditur. Videtur, quod omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Illud enim quod nõ est necessarium, videtur esse superfluum. Sed nullum sacramentum est superfluum: quia Deus nihil facit frustra. Ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

2. Præterea. Sicut de Baptismo dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei, ita de Eucharistia dicitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo sicut Baptismus est sacramentum necessitatis, ita & Eucharistia.

3. Præterea: Sine sacramento Baptismi potest aliquis saluus fieri, dummodo non contemptus religionis, sed necessitas sacramentum excludat: vt infra \* dicitur. Sed in quolibet sacramento contemptus religionis impedit hominis salutem: Ergo par ratione omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

SE D contra est, quod pueri saluantur per solum Baptismum sine alijs sacramentis.

RESPONDEO dicendum, quod necessarium respectu finis (de quo nunc loquimur) dicitur aliquid dupliciter. Vno modo sine quo non potest haberi finis: sicut citus est necessarius vite humane. Et hoc est simpliciter necessarium ad finem.

Alio modo dicitur esse necessarium id, sine quo non habetur finis ita conuenienter, sicut equus necessarius ad iter. Hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis sunt tria sacramenta necessaria, duo quidem persone singulari: Baptismus quidem simpliciter & absolute: Pœnitentia autem supposito peccato mortali, post Baptismum: Sacramentum autem Ordinis est necessarium Ecclesie: quia vbi non est gubernator, populus corrumpit, vt dicitur Prou. 11. Sed secundo modo necessaria alia sacramenta: nam Confirmatio quodammodo perficit Baptismum: Extrema vnctio Pœnitentiam, Matrimonium vero Ecclesia multitudinem per prerogationem conseruat.

AD primum ergo dicendum, quod ad hoc quod aliquid non sit superfluum, sufficit, quod sit necessarium primo vel secundo modo, & sic sunt necessaria omnia sacramenta, sicut dictum est.

AD secundum dicendum, quod illud verbum Domini est intelligendum de spiritali manducatione, & non de sola sacramentali, vt Aug. \* exponit super Ioan.

AD tertium dicendum, quod licet omnium sacramentorum contemptus, sit saluti contrarius, non tamen est contemptus sacramenti, ex hoc quod aliquis non curat accipere sacramentum, quod non est de necessitate salutis: alioquin omnes, qui non accipiunt Ordinem, & qui non contra Franc. Suarez Tom. 3.

hunt Matrimonium, contemnerent huiusmodi sacramenta.

COMMENTARIVS.

QVæstio huius articuli intelligenda est de necessitate, quæ orta est ex institutione sacramentorum: quia ante institutionem nulla poterat esse necessitas: & ipsius institutionis non tam fuit necessitas, quam utilitas, vel congruentia, de qua supra dictum est. Ex institutione autem duplex potest intelligi orta necessitas: vna vocatur, Necessitas medij, altera vero, Necessitas præcepti: quas voces latius infra explicabimus, de Baptismo, & de Eucharistia disputantes. Nunc breuiter sciendum est, illud dici necessarium in presenti, quod ad vitam consequendam necessarium est. Quo fit, vt tota hæc necessitas sit in ordine ad finem, & consequenter, quod tota dici possit necessitas medij, generali quadam ratione loquendo: quia quidquid est necessarium ad finem, præsertim si tempore antecedit consecutionem finis, merito dici potest medium ad finem necessarium. Rursus, quoniam sacramenta in humanis actibus consistunt, quæ per se & natura sua non sunt ad vitam æternam necessaria, hinc consequenter fit, vt non possit in eis reperiri necessitas medij respectu ad ultimum, nisi supposito aliquo præcepto, per quod inducatur illa necessitas. Quin potius generaliter verum est, nullum esse medium necessarium ad salutem, quod in actione hominis consistat, quod non sit etiam præceptum: quamuis in quibusdam præceptum, & necessitas oriatur ex natura ipsorum actuum: in alijs vero tota oriatur ex præcepto, & extrinseca institutione, & huiusmodi sunt sacramenta. Quocirca sub hac ratione generali quodlibet sacramentum, quod est necessarium vt medium, potest dici necessarium necessitate præcepti: & è contrario: quodcumque sacramentum cadens sub præceptum, potest etiam dici necessarium necessitate medij eo modo, quo obseruatio mandatorum est medium ad salutem necessarium. At vero propria quadam & speciali consideratione distinguuntur illæ duæ rationes, quia necessitas præcepti solum requirit, quod præceptum sit impositum: necessitas autem medij in sacramentis vltra id consistit in hoc, quod sacramentum sit per se institutum ad conferendum effectum ad salutem necessarium, tanquam propria causa illius, & per se loquendo, atque ex vi institutionis ad illum necessaria: quomodo Baptismus est necessarius ad salutem.

De hac ergo necessitate medij loquitur D. Thom. hic, vt constat ex principio articuli. Atque ita responderet primo: quamuis omnia sacramenta sint utilia ad salutem, non tamen omnia esse necessaria. Quia assertio clara est: nam constat, Confirmationem, Extremam vnctionem, & Matrimonium, non esse media ad salutem necessaria, cum non ordinentur ad effectum simpliciter necessarios: quatenus vero gratiam præstant, manifestum est esse valde utilia. Solum de Matrimonio oportet aduertere, vtilitatem eius non tam esse considerandam respectu singulorum, quam respectu multitudinis: propter quam per se primo institutum est: nam simpliciter ac per se loquendo, respectu singulorum, sicut vniciueque melius est, castitatem seruare quam copulari coniugio, ita simpliciter non est utilius hoc sacramentum propter effectum eius, quam priuari effectum eius propter virginitatem seruandam: ex hypothesi autem (vt sic dicam) id est, supposito, quod Matrimonium contrahendum est, seu respectu eorum, qui illud contrahere decreuerunt, tale sacramentum vtilissimum est. Secundo ait Diuus Thomas tria sacramenta esse necessaria ad salutem: vnum, respectu corporis Ecclesie, quamuis non respectu

De qua necessitate sic intelligenda quæstio.

Sacramenta omnia utilia, non tamen omnia necessaria.

Tria sacramenta necessaria.



specu singulorum, scilicet sacramentum Ordinis: sine quo, neque Hierarchia Ecclesiæ posset consistere, neque alia sacramenta confici possent, vel simpliciter, vel modo debito. Duo vero, respectu singulorum: scilicet Baptismum absolute respectu omnium, quia omnes in originali peccato nascuntur: Pœnitentiam vero respectu eorum, qui post Baptismum mortaliter peccauerunt: quia remissio talis peccati ad salutem necessaria est: & ad hunc effectum institutum est huiusmodi sacramentum. De sacramento autem Eucharistiæ non meminit Diuus Thomas in corpore articuli, quamuis aliorum sex sacramentorum mentionem fecerit, tamen cum tantum dicat, tria sacramenta esse necessaria, plane sentit, reliqua non esse necessaria, alioquin valde ambiguus esset in doctrina tradenda. Ac præterea in solutione ad secundum, cum argumentum eo tenderet, vt concluderet sacramentum Eucharistiæ esse necessarium, quia Ioann. 6. dicitur. Nisi manducaueritis, &c. Respondet in forma, inde non colligi necessitatem, quia illud verbum Domini (inquit) est intelligendum de spirituali manducatione, & non de sola sacramentali. Est ergo hæc aperta sententia Diui Thom. hoc loco, quam infra latius tractaturi sumus, vbi etiam expendemus expositionem verborum Christi, quod hic D. Th. tradit. Hic vero attente sunt ponderanda verba eius, non enim negat D. Tho. Christum in verbis illis loqui de sacramento Eucharistiæ, nec de manducatione sacramentali, quia nõ sine causa addidit dictionem exclusiuam, dicens, Et non de sola sacramentali, non ergo negat, Christum loqui de illa, sed de illa sola, quod valde diuersum est, sentitur, verba illa intelligi posse de manducatione sacramentali vel spirituali, q̄ tamen verum non esset nisi de Sacramento essent intelligenda: quia Christus non potest sacramentaliter manducari nisi in Sacramento: licet in eo etiam possit spiritualiter manducari, & hic modus manducationis sufficere possit ad implendum id, quod in prædictis verbis Christi continetur, iuxta expositionem D. Tho. quam vt dixi, in proprio loco examinabimus.

*Can. Trid. iuxta doctrinam D. Th. intelligendus.*

Colligitur eadem ex doctrina huius articuli, quomodo intelligendus sit Canon Concilij Trident. sess. 7. canon. 4. de sacramentis in genere, vbi condemnat dicentes, sacramenta non esse necessaria ad salutem. Vtrumque enim voluit comprehendere, quod in dictis assertionibus à Diuo Thoma explicatum est, scilicet, & omnia hæc sacramenta esse necessaria, & absolute loquendo sacramenta esse necessaria, quamuis non omnia: quorum primum indicauit in illis verbis, Si quis dixerit, sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, superfluitas enim vtilitati opponitur, & si inter sacramenta, aliquod esset inutile, tantus sacramentorum numerus esset superfluus, & hoc intendit damnare Concilium. Secundum vero docuit in verbis sequentibus, quæ per se satis clara sunt. Et hæc sufficiant de necessitate medij in communi. Nam in particulari dicemus in suis locis. De necessitate autem præcepti, quod hic D. Thom. omisit, generatim dicemus in sequentibus disputationibus moralibus: sigillatim vero postea.

## DISPUTATIO XV.

*De sacramentalibus, seu ceremonijs sacramentorum in genere.*



**H**anc disputationem prætermisit D. Th. in hac materia, tamen, cum in singulis sacramentis, de vniuersis eiusque ceremonijs differendum sit, cum ipso met D. Th. necessarium visum est, hoc loco præmittere ea, quæ communia ac generalia esse

possunt. Nam reuera, de his sacramentalibus fere omnia illa capita disputari possunt, quæ de sacramentis à nobis sunt generaliter dicta: tamen suppositis his, quæ diximus de sacramentis, breuius poterunt omnia expediri.

### SECTIO I.

*Quid sit ceremonia seu sacramentale.*

**P**rius querimus quid sit, quam an sit ceremonia, tum quia per se notum est, ceremonias esse: tum etiam, quia sicut de sacramentis diximus, non potest in his rebus, vocis significatio satis exponi, nisi simul intelligatur, quid res ipsa sit. Aduertendum est igitur in primis, nomine ceremoniæ, si primam huius vocis impositionem, vel etymologiam attendamus, significari posse omnem cultum Dei externum, qui certo ac definito ritu fit ob maiorem Dei reuerentiã. In hac enim significatione Latini omnes ea voce vtuntur, quam omnes etiam ducunt à Cære Italia oppido, vel à verbo cærendi, vt videre licet in Diuo Thoma 12. quæstione 99. art. 3. & D. August. 2. retract. cap. 37. & in hac fere significatione sumitur ceremonia in scriptura veteri, vbi cumque de legalibus ceremonijs agit. Atque ita sub hac voce comprehenduntur sacramenta, sacrificia, sacra & obseruantia, ad quæ quatuor capita reuocat Diuus Thomas 1. 2. quæstione 101. artic. 4. omnes legis veteris ceremonias. Ex quibus duo prima quid sint, satis est in superioribus expositum: & de sacrificio dicemus in particulari postea tractantes de Missa: sacra autem vocantur à Diuo Thoma ea, quæ sunt veluti instrumenta, aut res deputata ad sacrificia peragenda, aut sacramenta ministranda, vt sunt vasa sacra, velles, templa, & si quæ sunt alia similia: obseruantias autem vocat, omnes actiones, quibus cultores Dei vtuntur, vt eis sese ad cultum Dei disponant, vt sunt ieiunia, genuflexio, vsus signi crucis, & similia. In præsentibus vero materia non vtuntur nomine ceremoniæ in hac amplissima significatione, sed aptamus illam ad ceremoniam sacramentalem: & à Theologis appellari solet simpliciter sacramentale. Qua voce significamus actiones quasdam vel circumstantias religiosas, quas in sacramentorum administratione, vel sacrificij oblatione, Ecclesiã obseruat, præter eas, quæ sunt de essentia, seu substantia sacrificij, vt sunt, verbi gratia, in Baptismo, Vnctio, Exorcismus, & alia huiusmodi.

Secundo est obseruandum, ceremonias has si materialiter (vt ite dicam) sumantur, & varias & multiplices esse, ita vt per omnia prædicamenta distinguantur & variari: nã quædam interdum posita sunt in substantia alicuius rei, vt, verbi gratia, quod vino conferendo miscetur aqua naturalis, & non alia: quod Vnctio fiat in oleo oliuarum, &c. Quædam reuocari possunt ad quantitatem, vel continuam, vt quod aqua miscetur vino in quantitate valde modica: Vel discretã, vt quod Baptismus fiat tribus immersionibus: Rursus alia reuocari possunt ad qualitatem, vt quod panis sit fermentatus, vel azymus: quod vestis sit huius figuræ, vel coloris. Præterea, quædam possunt reuocari ad relationem, quia solū propter deputationem quandam, aut extrinsecam benedictionem censentur sacre, vt oleum benedictum, & alia huiusmodi. Item, quædam consistunt in temporis vel loci determinatione, vt templa & dies festiui. Alia pertinent ad vestitum siue habitum sacrum ac decentem. Alia reuocantur ad situm, vt genuflexio. Alia denique in actione vel passione consistunt, & hæc sunt frequentiores: sub quibus comprehenduntur orationes, gestus, signa, & similia: quoniam omnia alia, quæ numerata sunt, in tantum ad ceremonias seu sacramentalia pertinent, in quantum in vsu alicuius actionis sacre obseruanda sunt. Vnde fit,

defit, posse etiam has cæremonias distingui, iuxta septem circumstantias actuum moralium, quæ à Philosophis moralibus & Theologis numerantur, vt sunt circumstantia loci, temporis, personæ, modi, & similes.

*Ceremonia et diffinitio alia ab alijs.*  
Tertio est obseruandum, omnibus his ceremonijs commune esse, vt ad diuinum cultum ordinentur: hæc enim intentione instituntur, & obseruantur ab Ecclesia, vt ipse sacramentorum vel sacrificij usus maiori cum reuerentia ac deuotione fiat. Hoc igitur commune est sacramentalibus ceremonijs cum sacramentis ipsis, vel sacrificio, quod actus sunt externi, virtutis religionis. Differunt tamen ab ipsis, quod sacrificium continet ipsum supremum Dei cultum, quo Dei excellentiam per alicuius rei oblatae sacrificacionem seu immutationem profitemur: sacramenta vero ordinantur ad sanctificacionem fide-lium, quam significant & conferunt præsertim in lege noua. At vero sacramentalia ordinantur ad cultum Dei medio sacrificio, vel sacramento aliquo (vt sic dicam) nam proxime referuntur ad reuerentiam seu conuenienter modum offerendi sacrificium, vel ministrandi sacramentum. Differre tamen possunt sacramentalia inter se, vel in ritu externo, vt dictum est: vel etiam in fine: quia quædam propinquius, quædam remotius respiciunt sacramenta: quædam ordinantur præcipue ad ornatum quandam decentem ac religiosum: vt verbi gratia, quod calix sit argenteus, vel aliquid huiusmodi: quædam ad maiorem reuerentiam, vt quod Eucharistia à ieiunio sumatur: quædam etiam continent sacram significationem, vt quod baptizati induantur veste alba, &c. ac denique quædam ordinantur etiam ad aliquem spiritua-lem effectum, vel sanctificacionem saltem imperfectam, vt postea dicemus.

*Ceremonia in profanis quid.*  
Ex his igitur satis constat, quid sit ceremonia, de qua hic agimus. Est enim exterior actio religiosa, aut circumstantia seu conditio eius ad ornatum seu cultum debitum sacramentorum seu sacrificij instituta. Cuius descriptionis ratio ex dictis satis constat, & ex ipso usu, & ex intentione præsentis disputacionis: hic enim non agimus de omni cultu externo, sed de illo tantum, qui est quasi circumstantia sacramenti, & à substantia eius distinguitur: estque veluti, accidens eius: est ergo hæc propria ratio sacramentalis ceremoniæ, prout de illa nunc agimus. Verum est tamē, & obseruatione dignum: quia ceremoniæ sacramentorum eisdem fere rationis sunt: cum nonnullis alijs ritibus, qui extra sacramenta fiunt & obseruantur: Ideo nomen Sacramentalis, latus frequenter vsurpari, & doctrinam de his ceremonijs sacramentorum magna ex parte posse ad alias extendi. Et hoc modo disputant de his ceremonijs seu sacramentalibus plures authores, præsertim VValden-sis in tomo integro de sacramentalibus. Hofius in Confessione catholica capit. 37. & latus cap. 86. & sequentibus, & Lindan. libro 4. Panopl. capit. 97. & sequentibus, Bellarmin. libr. 2. de sacrament. in gen. cap. 29. & antiquiores, qui de ritibus seu officiis Ecclesiasticis scripserunt, vt Isidorus, Alcuin. Amal-lar. Duran. & alij, & Raban. libr. 1. de institut. Cler. à capit. 27. Hugo Victor. libr. 2. de sacramen. part. 4. & 5. postea in sequentibus agens de singulis sacramentis.

## SECTIO II.

An usus sacramentalium religiosus & sanctus sit atque Ecclesiæ conueniens.

*Primo error omnium hæreticorum. De cultum reprobandum.*  
Multi hæretici hos Ecclesiæ ritus superstitiosos & illicitos esse dixerunt. Varijs tamen modis, atque ex diuersis principijs. Quidam enim in vniuersum omnem cultum Dei externum reprobarunt, sed cum hi omnia euerant, non est quod hoc loco Franc. Suarez Tom. 3.

cum eis specialiter disputemus: hi enim, non solum accidentia, sed etiam substantiam sacrificij & sacramenti è medio tollunt: sufficient ergo contra illos, quæ de necessitate & utilitate sacramentorum dicta sunt: & quæ dicemus postea de sacrificio: & videri etiam possunt dicta de usu & veneratione imaginum, in primo tomo huius tertie partis circa qu. 25. hic enim ex principijs & rationibus magis proprijs agendum est.

Alij ergo Ecclesiasticas ceremonias reprehendunt, eo quod sint humana inuenta, absque diuino præcepto vel autoritate in diuinis scripturis contenta. Putant enim isti, licere quidem colere Deum externo cultu, non tamen alio nisi illo, qui in scriptura sacra nobis præceptus est. In quo fundamento varij etiam errores continentur, qui alijs in locis magis proprijs impugnandi sunt. Primus est, sola ea, quæ scripta sunt, non vero quæ traditione habentur, esse retinenda in Ecclesia, & in veneratione habenda contra Paulum secundæ ad Thessalon. 2. dicentem. Tenete traditiones, siue per epistolam siue per sermonem. Quia sine traditione, neque ipsa scripta diuina potuissent à prophana discerni. De qua re legi potest Basil. libr. de Spiritu sancto. capit. 72. Irenæ libr. 3. contra hæres. capit. 3. Cypr. Epist. 2. circa finem, Epiph. libr. 4. hæres. 71. Hieronym. dialog. contra Luciferian. August. libr. 4. de Bapt. capit. 24. Secundus est, solum illum externum cultum Dei esse licitum, qui ab ipso met Deo præceptus & traditus est. Qui error est absurdissimus. Nam in primis nulum habet fundamentum in scriptura vel traditione aliqua: nam in diuina scriptura potius legimus, in quolibet tempore, seu statu homines sua sponte & arbitrio, & absque speciali præcepto Dei varijs modis Deum exterius coluisse: sic Genes. 4. Abel obtulit sacrificium de primogenitis gregis sui: & Noe capit. 8. erexit altare, & obtulit sacrificia de pecoribus multis: Iacob vero cap. 28. votum vouit, decimasque obtulit Deo, In lege autem veteri, quamuis multa essent de diuina lege præscripta, nunquam tamen fuit prohibitus voluntarius cultus, vel publicus, vel priuatus: quin potius Leuit. 23. postquam varia sacrificiorum, & festiuitatum genera præcepta sunt subditur. Exceptis donis vestris, & quæ offeritis ex voto, vel quæ sponte tribuetis Domino. Atq; Esther 9. Iudith. ultimo. 1. Machab. 4. quædam festiuitates humana lege introductæ leguntur præter eas, quæ in diuina erant præcepta. In lege autem gratiæ nullibi reperitur prohibitio hæc facta à Christo. Quin potius, si eius exemplum nobis imitandum est, constat ex Euangelio, cum sæpe fuisse externis ceremonijs usum, vel eleuando oculos, & externam gratiarum actionem atque orationem fundendo, vel accipiendo in manibus panem benedicendo, oculos in cælum eleuando. Luc. 9. & 22. vel orando genibus flexis, aut in terram prociens Matth. 26. & Luc. 22. vel insufflando in Apostolos, vt eis Spiritum sanctum daret: vel denique eleuando manus, vt discipulis benediceret, Lucæ 24. Quocirca, cum hæretici negent, esse credendum, quod non reperitur scriptum, ostendant vbi sit scriptum hoc præceptum, quo prohibetur omnis cultus Dei exterior liber ac spontaneus: vt eis fidem adhibeamus, nam quod ex traditione sola non habeant hoc præceptum certissimum est, cum potius contrarium ex traditione habeamus: vt dictum est, & statim dicemus latus. Nec vero fingere possunt ipsa naturali lege hoc esse prohibitum: nam potius lex naturæ, quæ docet, Deum esse actibus & signis externis ab homine colendum, vel quia ipse est author animæ, & corporis, & ideo vtrisque actibus coli debet, vel quia cum homo consistat anima, & corpore, in actionibus animæ multum ab actionibus corporis pendet, eisque iuuatur ad illas melius exercendas: ipsa (inquam) lex naturæ, quæ hoc docet, illas ex se non desinit huiusmodi a-

*Hæretici alijs aliter ceremoniarum usum exagitant.*

*Hæreticorum insania confutatur.*

tionones: quia licet fortasse aliqua per se statim appareant aptiores ad huiusmodi cultum, ut sunt, oratio vocalis, laus, genuflexio, eleuatio manuum, peitoris tussio: tamen, neque istæ sunt ita per se determinatæ ad cultum Dei, quin alia similes possint ad alias personas referri: nec sunt ita necessariæ quin aliis modis possit idem religiosus animus significari. Hic ergo modus ex ipsa lege naturæ non est definitus: vnde necessario fit, per hanc legem non prohiberi voluntarium modum exterius colendi Deum, sed potius relinqui, ut vel positua lege, vel certe vniuersi cuiusque arbitrio determinetur. Hoc ergo semper licitum est, quamdiu speciali lege diuina, vel humana non est prohibitum: dummodo prudenter ac decenter fiat. Sed dicunt hæretici, quamuis huiusmodi cultus spontaneus licitus esse possit in lege noua, non tamé esse licitum, illum præcipere: ita ut illius omisio, peccatum reputetur: quia hoc est contra priuilegium legis gratiæ, quæ est lex libertatis: nam subitici hoc modo his ceremoniis & ritibus, magna est seruitus. Sed in hoc inculcatur tertius error, quo negant habere Ecclesiam potestatem præcipiendi atque ordinandi ea, quæ ad conuenientem modum dispensandi sacramenta fuerint necessaria. Cuius contrarium definiuit Concil. Trid. sess. 21. can. 2. & in materia de legibus & de Ecclesiastica potestate impugnatur ex professo hic error, & in sequenti sectione nonnulla afferemus.

Alij denique non reprobant generatim omnes ceremonias, sed specialiter inuehuntur in illas, quas nunc Ecclesia Romana obseruat, quia dicunt: esse vanas & superstitiosas. Sed non est hic locus dicendi de singulis: sed cum agemus de specialibus sacramentis, ubi aperte ostendemus, hanc esse falsam calumniam. Illud vero, quod generale omnibus est, scilicet, quod à nobis nunc intentione cultus, & tanquam pertinentes ad virtutem religionis, hoc (inquam) superstitiosum esse dicunt quia licet in sacramentis tradendis oporteat seruare modum, & debitas circumstantias, ut omnia honeste & secundum ordinem fiant, ut dicitur primæ ad Corinth. 14. tamen hoc solum esse volunt propter quandam humanam politiam: non vero ex intentione cultus & religionis: nam hoc dicunt esse superstitiosum. Qui error non potest nisi aliquo ex supra reiectis fundari: nam si cultus Dei exterior voluntarius ut lege humana præscriptus esse non est malus, & superstitiosus, neque etiam erit malum, illum intendere: ergo neque etiam erit per se malum, ceremonias sacramentales hac intentione obseruare.

*Conclusio.*

Prætermisissis ergo hæreticorum sententiis, dicendum est: Vsum sacramentalium ceremoniarum, quas nunc Ecclesia obseruat, pium esse & ad cultum Dei secundario saltem pertinere, & Ecclesiæ ac fidelibus non parum esse vtilem. Conclusio est de fide, quo ad omnes partes, ut colligitur ex Concil. Trid. sessione 7. can. 13. de sacramentis in genere: ubi historicus in solemnibus sacramentorum administratione adhiberi consuetos, & ab Ecclesia Catholica receptos, & approbatos, obseruandos ac retinendos esse definit. Potest etiam conclusio ex generali principio ostendi, quod Ecclesia non potest errare in his, quæ ad fidem & mores pertinent: seruare autem ceremonias religiosas, & viles ac non superstitiosas, maxime pertinet ad bonos mores Ecclesiæ. Deinde, quod hæ ceremoniæ sint honestæ, satis patet ex his, quæ contra hæreticos diximus: quia ex obiecto non sunt malæ, neque ex aliqua circumstantia, quam per se requirant. Nulla enim circumstantia huiusmodi fingi, aut assignari potest. Rursum ex fine proximo, ordinantur ad decentem & conuenientem modum administrandi sacramenta: sicut ergo sacramentorum administratio ad religionem pertinet, ita etiam harum ceremoniarum obseruantia, quantum est ex

se, & ex fine suo: & ideo dicuntur pertinere ad cultum secundarium, non solum, quia continent cultum exterium, sed etiam, quia in ipsomet externo cultu, sint veluti accidentia aliarum actionum nobiliorum, scilicet, sacrificij, & sacramentorum. Tandem ex hoc bene facile colligitur utilitas harum ceremoniarum: conferunt enim primo, ut ipsa sacramenta debito honore tractentur, & in maiori ætimatione & reuerentia habeantur, nam cum eorum substantia in paucis verbis & exterioribus actionibus aut rebus externa specie vilioribus atque inimi ordinis consistat, nisi ceremoniarum apparatu, & significatione eleuetur animus ad cogitandum aliquo modo de myste. ijs. b. illis signis contentis, & ad concipiendam deuotionem & reuerentiam illis debitam, facile vilescerent & despicerentur, præsertim à rudioribus hominibus, qui sensibus fere dicuntur. Igitur per hæ ceremonias docetur Christianus populus sub sensibilibus sacramentis magna mysteria contineri: & ideo magna ueneratione esse tractanda. Secundo conferunt hæ ceremoniæ ad maiorem quædam intelligentiam & memoriam mysteriorum fidei, ut, verbi gratia, fere in omnibus sacramentis adhibere crucis signum, ut constat ex Steph. Pap. in ca. Nunquid, de Consecr. d. 5. & August. tra. 118. in Ioan. & ferm. 19. de Sanctis: illud autem fit, ut eo signo admonerentur fideles, virtutem sacramentorum ex Christi morte deuari. Similiter, dum in Baptismo præmittuntur Exorcismi, & insufflationes, docentur fideles: puerum, antequam baptizetur, esse sub potestate demonis ob originale peccatum; & ita hoc argumentum vitur sæpe Augustinus ad probandum originale peccatum ex usu & traditione Ecclesiæ, ut videre licet lib. 1. de Peccato. merit. & remis. cap. 34. & lib. 6. contra Iulian. cap. 2. & alia exempla uideri possunt in Leone Pap. epit. ol. 31. & Innocentio I. epit. ol. 1. Nec refert, quod non omnes fideles intelligant hæ mysteria: satis est enim, ut à Doctoribus intelligantur, qui simpliciores docere possint de his, quorum ipsi sunt capaces, quæ ue ipsos scire oportet. huiusmodi enim hominibus frequentius sufficit admiratio illa, quam in eis causat ipsamet ceremoniarum grauitas, & autoritas, sub quibus statim concipiunt aliquid sacrum contineri, quamuis, quid illud sit, ignorent. Tertio per hæ conferuntur & augetur deuotio fidelium, ut recte docuit Augustinus lib. de Cura pro mort. agend. cap. 5. & Epistol. 119. capit. 11. qui tamen addit cap. 19. cauendum esse, ne nimium sit hoc ceremoniarum onus: tantum enim esse potest, ut animus diltrahat, & impediatur. Quo solo seruato moderamine ac prudenti consilio, ut re vera ab Ecclesia seruatur, ruunt obiectiones omnes & calumniæ, quas hæretici excogitare possunt. Quarto tandem deseruire possunt hæ ceremoniæ ad distinguendum fidem populum ab infideli, & unitatem Ecclesiæ commendandam, ut significauit Innocent. supra, & Concil. Tolet. 4. can. 2. & ideo diligenter vitat Ecclesia in huiusmodi ceremoniis & obseruantis omne consortium & apparentem similitudinem cum Iudeis, vel alius inidelibus, ut colligitur ex August. dicta Epistol. 119. & Epiphani. lib. 3. contra hæres. in fine, ubi multa de his ceremonijs congerit.

### SECTIO III.

*Quis possit sacramentales ceremonias instituire, mutare, aut ministrare.*

Diximus de substantia & ratione harum ceremoniarum, sequitur dicendum de causis earum. Et causa quidem finalis explicata iam est. Causa vero materialis, seu formalis in genere definitur non potest: sed in singulis obseruanda est pro ratione institutionis. Solum ergo generatim dici potest, intrinsecam veluti formam, ac materiam vniuf-

*Ceremoniæ  
in vniuersis*

*Ecclesia  
Christiana  
vniuersa*

Vniuersi cuiusque caeremonie consistere in eo ritu, qui est ab habente potestatem institutus ac definitus. Igitur dicendum superest de causa efficiente: quae duplex esse potest, sicut de sacramentis diximus, scilicet institutus, & ministrans.

*Caeconomia qua sunt extra substantiam sacramentorum, quamuis interdum introducta sint ad imitationem seu exemplum Christi, non tamen sunt ab eo immediate instituta. Prior pars partim ex dictis praecedenti sectione constat: partim potest facile exemplis ostendi: nam in conficienda Eucharistia ex Christi exemplo manauit mistio aquae in vino, teste Cypriano epist. 63. acque ex eodem fonte manauit vsus Ecclesiae Latinae conficiendi in azymo & non in fermentato: atque similia exempla facile adduci possunt, quae in singulis sacramentis latius persequemur. Posterior ergo pars colligitur ex Concil. Trident. sessione 21. cap. 2. docente. Salua substantia sacramentorum. Reliqua fuisse Ecclesiae commissa quod latius confirmabimus con-  
clutione sequenti: ergo signum est, caeremonias, quae sunt extra substantiam sacramentorum, non fuisse in particulari à Christo Domino praescriptas. Quod potest confirmari secundo, ab autoritate negatiua: quia neque ex scriptura, nec ex traditione constat, Christum Dominum huiusmodi caeremonias instituisse, aut in particulari, praecipisse. Quin potius dogma est receptum ab omnibus Theologis, Christum in lege noua nulla praetercepta praeterquam fidei & sacramentorum tradidisse. Tertio, ex vsu idem colligitur. Nam in his caeremonijs pro diuersitate temporum & locorum reperitur varietas in Ecclesia, substantia sacramentorum inuariabili manente: ergo signum est, hanc solam esse de iure diuino, & immediate à Christo Domino definitam. Quarto hinc sumitur ritus seu congruentia huius assertionis, nam sacramenta ordinantur ad spirituales hominum sanctificationem, quae à Christo Domino fuit principaliter intenta, & ideo oportuit ab ipso tanquam ab authore nostrae salutis & gratiae institui. Atque idem semper intelligendum est de sacrificio, nam hoc etiam oportuit à Christo institui: quia continet proprium ac principalem Dei cultum: & quia in eo offerendus erat ipsemet Christus. Denique ad maiorem Ecclesiae unitatem & stabilitatem necessarium fuit, ut haec quae sunt veluti fundamenta Ecclesiae, immutabilia essent ex Christi institutione. Cetera vero, quae accidentaliter sunt, non oportet ita institui ac definiti, quia pro temporum diuersitate expedire potest, ea variari. Vnde hoc etiam pertinet ad perfectionem legis Euangelicae: In veteri enim lege, quia erat lex seruitutis, magis consistens in exterioribus oneribus, quam in interiori gratiae spiritu, plurimae caeremoniae fuerunt diuinae institutione traditae, ac praecipuae: At vero lex noua, est lex gratiae & spiritus: & ideo solum in ea tradidit Christus, quae ad gratiam obtinendam sunt necessaria media, vel vtilia instrumenta: reliqua vero Ecclesiae suae disponenda commisit.*

*Ecclesia à Christo tra-*  
Dico ergo secundo: Christum Dominum dedisse Ecclesiae potestatem instituendi has caeremonias: quam partim Apostoli, partim eorum successores Episcopi & Pontifices exercuerunt, & huiusmodi originem habuerunt caeremoniae, quas nunc Ecclesia obseruat. Tota haec assertio quoad rem in ipsa contentam, est de fide, ut constat ex Concil. Trident. sess. 7. can. 13. de sacram. in genere, & sessione 21. c. 2. & ad eam confirmandam adducit illud Pauli primae ad Corinth. 4. Si nos existimer homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, & illud primae ad Corinth. 11. Cetera autem cum venero disponam: ubi Paulus agebat de ritu in dispensatione Eucharistiae seruando. De quo etiam agens Aug. Epist. 113. c. 6. inquit. Non praecipit Christus, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ec-

clesiam dispositurus erat, seruariet hunc locum. Secundo haec potestas ex ipso vsu satis probatur: ex acti-  
*Caeconomia rum in Ecclesia instituitur.*  
vsum non esse in Ecclesia recentem, sed à temporibus Apostolorum incepisse, ut auctor est Clemens Pap. in Epist. 2. decret. & lib. 7. constat. Apoc. c. 23. & saepe in illis libris & Epistolis, Dionys. toto lib. de Ecclesi. Hierarch. ubi fere in singulis capitibus hos ritus docet, atque eorum significationes declarat. Et c. 1. praemittit, illos esse ex Apostolica traditione. Item Inno. primus epist. 1. docet, huiusmodi caeremonias in Latina Ecclesia duxisse originem ab Apostolo Petro: similiter Leo Pap. Epist. 81. agens de caeremonijs seruandis in ordinatione sacerdotis, eas dicit haberi ex Patrum traditione. Vnde Tertull. lib. de Corona militis. c. 3. ubi agit de obseruandis traditionibus, non scriptis. Praecipue exemplum ponit in his caeremonijs sacramentorum. Quod etiam fecit Orig. homil. 51. in Nume. qui exempla ponens in his caeremonijs ait datas esse. A Magno Pontifice, & à filiis eius, & ab omnibus obseruandas esse, licet ratio omnium non omnibus pateat. Idem legimus apud Basil. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 27. & frequenter apud August. Epist. 118. & 119. ubi specialiter c. 15. dicit, multa ex his stabilita esse per Patrum Concilia, & c. 18. optimam regulam constituit. Quaecumque bonis moribus non repugnant, nec fidei, & habent aliquid exhortationis vitae melioris, ubi quae instituta videantur, non esse improbanda, sed laudanda, & sectanda. Et lib. de Nup. c. 20. & lib. 6. contra Iulian. cap. 2. ubi ait, huiusmodi caeremonias ab vniuersa Ecclesia vera fide seruari. Tertio probari potest, quod in Ecclesia sit huiusmodi potestas à Christo data, ex alia vniuersaliori potestate, quam Christus Ecclesiae suae reliquit in Vicario suo ad illam conuenienti modo regendam, iuxta illud, Pasce oves meas. Ioan. 21. quae res latius tractatur in 2. 2. q. 1. art. 10. nam sub hac vniuersali potestate necesse est, aliam de qua hic agimus contineri. Primo quidem, quia cum haec potestas spiritualis sit, principaliter ordinata est ad diuinum cultum & ad bonum animarum, ad eam ergo pertinet statuere debitum modum & ordinem seruandum in Ecclesia, in ritu ac caeremonijs necessarijs ad conuenientem sacramentorum administrationem. Deinde, quia cum Christus Dominus per se ipsum immediate haec non instituerit, necessaria fuit Ecclesiae haec potestas: alioquin non possent sacramenta debita reuerentia dispensari: & infinita esset confusio in Ecclesia, si vnicuique arbitrio hoc esset commissum. Vnde etiam in lege naturae, ut publicus Dei cultus per oblationes vel sacrificia, vel orationes & laudes publicas, vel alias obseruantias, debito modo fieret, erat potestas in republica ad praescribendum modum, & ritum in huiusmodi cultu & caeremonijs eius, ut latius dicemus infra, agentes de sacrificio: multo ergo magis in lege noua necessaria fuit haec potestas, tanto altior, & superioris rationis, quanto cultus diuinus in hac lege altior est & supernaturalior. Si autem talis potestas in Ecclesia, non potest esse, nisi in pastoribus eius, quorum principes fuerunt Apostoli: quibus Episcopi succedunt: inter quos summus Pontifex supremam habet potestatem, à qua omnis alia Ecclesiastica potestas pendet: solus enim ille proprie loquendo potest aliquid instituire, quod vniuersam Ecclesiam obliget: nam licet Concilium generale hoc etiam possit, non tamen sine autoritate Pontificis congregantis & confirmantis illud. Possunt tamen priuati Episcopi in suis Diocesis nonnullos ritus & caeremonias instituire, quae non sint contra vniuersalem Ecclesiae legem aut traditionem, sicut legimus fecisse Ambros. Chrysost. & alios, & nostra etiam aetate videmus esse in vsu: quia omnes Episcopi sunt ordinarij pastores, & principes suarum Ecclesiarum, & ideo sufficientem habent iurisdictionem ad huiusmodi

actus, sicut possunt etiam precipere ieiunium, aut obseruantiam alicuius diei festi, & alia huiusmodi. Constat igitur sufficienter, esse in Ecclesia hanc potestatem: vltus autem eius ipsa rerum euidentia notissimus est. Quae autem caeremonie institutae sint ab Apollolis, quae vero à Concilijs, vel Pontificibus, in particulari tractandum est, cum agemus de singulis sacramentis. Hic generatim nulla melior regula traditi potest, quam illa vulgaris, quae est apud August. li. 4. de Sap. ca. 24. nam quae seruantur ab vniuersa Ecclesia semperq; seruata leguntur, & in nullo Concilio, vel summi Pontificis decreto instituta esse reperiuntur, signum est, ab Apostolica traditione manasse, vt v. g. quo Eucharistia à ieiunis sumatur, quod aqua vino consecretando misceatur, & in his vero quaedam sunt absolute recepta in vniuersa Ecclesia, tam Graeca, quam Latina, vt ea, quae diximus: alia vero sunt recepta in vniuersa Ecclesia Latina, non tamen in Graeca, vel è contrario: vt quod fiat consecratio in azymo, vel fermentato, quae potuerunt etiam ab Apollolis manare. Nam cum diuersi in diuersis regionibus praedicauerint & Ecclesias fundauerint, potuerunt in his, quae pendebant ex humano arbitrio, diuersos ritus tradere seu introducere. Cuius egregium exemplum est in illa antiqua controuerfia de celebratione Paschae in qua Orientales contende- bant ritum celebrandi Pascha, Luna decima quarta, quocunq; die hebdomadae incidere, sibi fuisse à Ioanne Euangelista traditum: Romani vero, & Occidentales ex Petri traditione Pascha esse Dominica die celebrandum semper docuerunt. Quem ritum ab vniuersa Ecclesia seruari postea precepit Concil. Nicen. atque simili modo sunt aliae vniuersales caeremoniae, quas constat esse à Pontificibus institutas: vt de aqua benedicta, &c. Alij vero ritus particularium regionum aut Diocesum ex priuatis consuetudinibus vel ordinationibus Episcoporum introdu- cti sunt.

*Penes quem sit potestas mutandi ritus.*

Vnde intelliguntur verba citati Canonis Concilij Trid. sess. 7. can. 13. vbi sic inquit: Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiae Catholicae ritus, in solemnibus sacramentorum administratione adhiberi consuetos, in nouos alios per quemcunq; Ecclesiarum pastorem immutari posse, Anathema sit. Haec enim verba intelligenda sunt praecipue de vniuersalibus ritibus in vniuersa Ecclesia, praesertim Romana, receptis, de quibus non dicit Concilium, per nullum pastorem mutari posse, sed non per quemcunq; nam ab inferioribus Episcopis mutari non possunt: quia huiusmodi ritus vniuersales, vt dixi, originem habent ab vniuersali & superiori potestate: inferiores autem non possunt derogare ea, quae à superiori instituta, & praecipua sunt. Summus autem Pontifex de plenitudine potestatis suae posset huiusmodi ritus mutare: quia eius potestas non est inferior, sed eadem cum illa, ex qua huiusmodi ritus originem duxerunt. Nunquam tamen id facit aut faciet sine magna necessitate vel vtilitate, praesertim in his obseruantijs, quae antiquissimae sunt in Ecclesia, & ab Apollolis creduntur traditae, ac perpetuo obseruatae. Atque eadem proportione iudicandum est de priuatis caeremonijs particularium Episcopatum. Nam illae etiam possunt ab Episcopis mutari, si expedire censerint, quando propria summi Pontificis auctoritate non sunt confirmatae, propter eandem rationem. Cauendum tamen est in huiusmodi mutationibus scandalum, & pro temporum ac locorum opportunitate semper est habenda ratio diuini cultus & fructus animarum.

*Eiusdem Ecclesiae est faceramentum alij ministros designare eum est fa-*

am sunt instituta, ita ministri eorum illi sunt, qui iuxta eandem Ecclesiae institutionem sunt ad hoc ministerium designati. Ratio est clara, quia ad eum pertinet designare ministrum alicuius actionis, seu ministerij, ad quem spectat talem actionem & mi-

nisterium instituire. Nam illud est veluti pars institutionis: Qui autem designati sunt ab Ecclesia ad huiusmodi sacramentalia efficienda, non potest in genere dici, donec ad singula descendamus: nam quaedam fieri possunt à simplici sacerdote: quaedam ab Episcopo: & quaedam solus summus Pontifex exercet, vt est consecrare cereos Dei agnos. Loquendo vero specialiter de his sacramentalibus, quae sunt veluti circumstantiae solemnissimae administrationis, alicuius sacramenti, ille potest regulariter loquendo talia sacramentalia ministrare, qui potest tale sacramentum tanquam minister ex officio conferre. Ex quo recte colligit Durand. in 4. disp. 2. quaest. 1. num. 3. in hac re posse fieri mutationem per summum Pontificem. Nam ea sacramentalia, quae nunc solus Episcopus potest efficere, possunt committi simplici sacerdoti ex ordinatione Pontificis: quia cum haec sint de iure positio, mutari possunt ab eo qui supremam habet in eo genere potestatem. An vero hoc ministerium possit cui libet inferiori clerico, vel etiam laico committi, ex professo dicitur in tractatu de sacramento Ordinis.

#### SECTIO IV.

*Vtrum haec sacramentalia habeant aliquem effectum spiritualem.*

**N**on est quaestio de effectibus ex opere operantis, seu ex natura ipsius operis, nam certum est: hos actus, cum sint honesti & religiosi cultus Dei, ex se aptos esse ad meritum, & satisfactionem, si operans sit in gratia, & debita intentione ac modo haec omnia obseruet, seu operetur: quia talis obseruatio est grata Deo: ergo de se mereatur apud ipsum, effectum gratiae ex opere operantis. Vnde legitur: interdum Sanctos passos esse Martyrium, ne caeremonias Ecclesiasticas contemnerent, vt eleganter prosequitur Terullian. in lib. de Corona militis: & in scriptura habemus Machabaeorum exemplum: quia nimirum in his continetur quaedam confessio fidei, & religionis: ergo si debite fiat, erit valde meritoria, iuxta illud ad Romanos 10. Confessio fidei fit ad salutem: & illud Matthaei 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Item constat, huiusmodi caeremonias esse aptas ex se ad excitandam memoriam, intelligentiam, ac deuotionem circa Deum, & res diuinas: vt in superioribus ostensum est: & hos effectus voco connaturales ipsi operi. Quaestio ergo est de effectu aliquo per modum operis operati, qui coniunctus sit cum tali opere ex speciali virtute seu efficacia vel promissione illi addita ex vi institutionis. Est autem ratio dubitandi: quia haec sacramentalia, vt dictum est, per Ecclesiam sunt instituta: non videtur autem Ecclesia habere potestatem ad promittendum, vel conferendum aliquem effectum spiritualem ex opere operato. In contrarium vero est, quia omnes auctores, qui de his sacramentalibus scribunt, aliquam spiritualem vim illis attribuunt.

Vt distinctius respondeamus: distinguemus omnes effectus, qui videntur posse his sacramentalibus attribui. Primus est, gratia gratum faciens habitualis. Secundus: aliquod auxilium, vel bonus motus gratiae. Tertius: remissio culpae saltim venialis. Quartus: remissio alicuius poenae temporalis, cuius reatus manere solet remissa culpa. Quintus: demonis expulsiō, vel cohibitio, ne laedat. Sextus: aliquod commodum temporale, vt sanitas, vel aliquid huiusmodi. Est autem obseruandum, quando inquirimus, an sacramentalia habeant huiusmodi effectus, non esse sensum, an omnia & singula conferant omnes illos: quia non omnia habent eodem effectus, neque ad eosdem fines sunt instituta: quod colligendum est ex singulorum institutione, & modo quo confi-

ciunt.

Quoniam sensus ergo est indefinitus: an in latitudine sacramentalium sint aliqua quae hos effectus conferant.

Circa primum effectum, certum est, per haec sacramentalia non conferri gratiam ex opere operato: quia si hoc haberent, iam non essent sacramentalia, sed sacramenta: unde, quibus rationibus supra probauimus, non habere Ecclesiam potestatem instituendi sacramenta, probari etiam potest, non potuisse dare his caeremonijs virtutem ad conferendam gratiam ex opere operato.

*Prima opinio affirmans habere vim excitandi bonum gratiam motum ex opere operato.*

Circa secundum effectum: nonnulli tribuunt his sacramentalibus virtutem ad excitandum in nobis aliquem bonum gratiae motum ex opere operato. Quae sententia tribui solet D. Tho. infra q. 83. artic. 3. dicenti, templum & res alias ab Ecclesia consecratas, habere spiritualem quandam virtutem, per quam apta diuino cultui redduntur, vbi Caiet. ait, hanc virtutem non esse qualitatem aliquam his rebus consecratis superadditam, quod est certissimum: alioqui fingenda esset in templo consecrato qualitas aliqua spiritualis illi inhærens, & in eo permanens, quam diu consecratio durat: quod non solum absurdum est, sed etiam ridiculum: dicit ergo Caiet. esse habititatem quandam, quam ipse spiritualem virtutem inchoatiue vocat: per quam huiusmodi res sunt idoneae ad excitandum in nobis deuotionem, & reuerentiam, tanquam instrumenta Dei. Quibus verbis significat Caiet. haec sacramentalia conferre hunc effectum per veram efficientiam physicam. Caietanum autem sequitur Soto d. 13. q. 2. art. 3. Fauet etiam D. Tho. q. 17. art. 3. dicens, vntionem, quae fit in capite baptizati, conferre auxilium ad conferendam gratiam baptismalem: & per saluum typicam & sacerdotalem actum, diuinam virtutem operari salutem catechumeni. Quod sumpsit ex Rabano, lib. 1. de institutione Cleric. c. 27. Aliorum vero sententia est, huiusmodi res non habere aliam vim ad excitandum huiusmodi bonum motum, nisi illam, quam ex natura rei sequi diximus ex significatione ad placitum, seu deputacione ad diuinum cultum: sicut imagines excitant deuotionem, & scripturae, ac voces. Ratio est, quia nullum apparet fundamentum ad tribuendum his reb. maiorem efficaciam ad huiusmodi gratiae effectum.

*Secunda opinio negans.*

Sed in hac re, media quaedam via tenenda videtur: sunt enim inter huiusmodi sacramentalia quaedam, quae solum deputantur ad cultum diuini absque vlla speciali consecratione, vel benedictione, vt sunt imagines, aliqua ornamenta, & aliquae pallae, vel oratoria, & his similia: Quaedam vero sunt, quae licet benedicantur, tamen in orationibus vel alijs caeremonijs, quibus benedictio fit, non postulantur huiusmodi effectus, vt videre licet in benedictione candelarum, &c. Aliae vero sunt, quae consecrantur & benedicuntur, orando & postulando huiusmodi effectum, vt patet in benedictione vestium sacerdotali, &c. Dicendum ergo est in primis, in nullis sacramentalibus esse virtutem ex opere operato ad dandum huiusmodi effectum. Et primo, quod non sint instrumenta physica, probatur: quia licet non implicet contradictionem, tamē nec est necessitas, nec fundamentum vllum ad id asserendum: cur autem sine sufficienti fundamento affirmabimus, datam esse Ecclesiae potestatem, ad instituendas & eleuandas res sensibiles, vt sint instrumenta physica spiritualium effectuum? Alioquin eadem facilitate posset quis dicere, habere Ecclesiam potestatem ad instituenda instrumenta physica gratiae: quia non est minus supernaturale, quod templi vel alia res similibus efficiat in anima supernaturalem actum gratiae, quam quod aqua efficiat habitum gratiae. Item, sicut est proprium Dei dare gratiam habituales, ita etiam dare gratiam auxiliantem & excitantem: ergo, sicut ob hanc rationem non potest Ecclesia instituere signa effectiua gratiae habituales, non poterit etiam instituere signa effectiua gratiae auxiliantis. Nec D. Tho.

*Quid in hac re dicendum.*

de hac virtute locutus est, praesertim in posteriori loco: agit n. de caeremonijs Baptismi, quae sunt circa paruulum, qui non est capax huiusmodi motus eo tempore, quo baptizatur: postea vero non potest caeremonia Baptismi habere circa illum physicam efficientiam. Hac ergo efficientia relicta, quae nullo modo probabilis est, ostenditur praeterea, hunc effectum non esse ex opere operato, eadem fere ratione cum proportione applicata: quia non potest Ecclesia instituere signum, in quo infallibiliter detur gratia sanctificans ex opere operato, etiam seclusa efficientia physica: ergo nec potest instituere signum in quo infallibiliter detur gratia auxilians ex opere operato: patet consequentia, quia vtriusque gratiae solus author est Deus: & ideo solus ille potest illam promittere infallibiliter sub signo sensibili: & non constat dedisse alicui potestatem hoc promittendi nomine suo. Et confirmatur, quia in nulla Ecclesiae benedictione vel consecratione reperitur huiusmodi promissio, sed solum oratio, in qua postulat a Deo huiusmodi effectum. Neque vlllo testimonio, vel auctoritate Ecclesiae, ostendi potest Deum hoc aliquando promississe: sine promissione autem, non potest intelligi spiritualis effectus ex opere operato.

*Dicendum secundo.*

Vnde secundo dicendum est, quando huiusmodi res sacrae deputantur aut benedicuntur, absque oratione Ecclesiae ad hunc effectum specialiter ordinata, non esse in eis vllam vim seu specialem rationem, propter quam eis tribuatur hic effectus, praeter illam, quae ex natura rei sequitur, scilicet per modum signi excitantis memoria. Probatur quia seclusa promissione & oratione, nullum superest fundamentum talis effectus, vt clarius patebit ex sequenti assertione.

*Dicendum tertio.*

Addo ergo tertio, quando haec sacramentalia in sua benedictione specialiter ordinantur per Ecclesiae orationem, ad tales effectus, tunc per modum impetrationis specialiter conferri a Deo tales effectus adhibitis huiusmodi sacramentalibus: vt verbi gratia, credendum est, in templo consecrato ratione consecrationis Deum specialius assistere ad exaudiendas fidelium orationes, vel eorum animos ad deuotionem excitandos: & sic de alijs. Probatur primo, ex ipsismet Ecclesiae orationibus, quae apud Deum magnam vim habent ad impetrandum: diligit enim eam tanquam sponsam: Item, quia alias frustra adhiberentur illae orationes, nisi habere possent effectum, saltem per modum impetrationis. Non est autem hic effectus omnino infallibilis: quia non est fundatus in speciali aliqua Dei promissione: quia, vt dixi, de tali promissione non constat: sed fundatur in communi lege & efficacia orationis, quae non semper habet effectum, praesertim quando pro alijs funditur. Quocirca hic effectus non est specialis legis nouae, vt colligi potest ex secundo Paralip. 6. & 2. Machab. 3. & ex alijs: quae recte congerit Vvaldenf. tom. 3. de sacramentalibus, c. 147. Quando ergo D. Tho. ait, in templo vel huiusmodi rebus esse virtutem diuinam, solum intelligit propter orationes Ecclesiae Deum ibi speciale aliquod auxilium praebere, prout explicatum est.

Circa tertium effectum de remissione peccatorum, nihil est hoc loco dicendum: quia de remissione peccati mortalis nulla est difficultas: hoc n. non remittitur nisi per gratiae infusionem, & ideo illius remissio propria est sacramentorum. De peccato autem veniali res est valde dubia, & pendet ex multis principijs tractandis in materia de Penitentia & ideo differendum hoc est vsq. ad quaest. 87. art. 3. vbi hoc D. Tho. attingit. Solum hic duo, quae clariora videntur, & ex dictis in superiori puncto colliguntur, praemitti possunt. Primum est, illa sacramentalia, quae ad hunc effectum non sunt ab Ecclesia instituta, non habere illum: quia hic effectus ariri debet ex institutione, & consequenter requirit finem, seu intentionem instituentis: nam sacramenta ipsa non habent

*An habeant vim ad remissionem venialium.*

habent aliquem effectum, nisi ab illo sint instituta (loquor autem directe & per se) ergo multo magis idem erit in sacramentalibus. Potest autem valde probabile signum huius institutionis & finis eius sumi ex modo, & orationibus, quibus conficiuntur sacramentalia: nam si in eis nulla sit mentio, nec deprecatio talis effectus formaliter, aut virtualiter saltem signum est, non esse instituta ad huiusmodi effectum, secus vero erit, si in coniciendis ipsis sacramentalibus adiunguntur orationes, quibus huiusmodi effectus postulat. Atque hinc fit verisimile, ea sacramentalia, quae sunt propriissima huius materiae, scilicet caeremonias, vel ritus, qui adiunguntur in solemnitate administratione sacramentorum, regulariter non habere hunc effectum: quia non sunt ad hunc finem instituta, sed ad ornatum sacramentorum, & deuotionem ac reuerentiam conciliandam. Secundum est, si Ecclesia instituat aliquod sacramentale ad hunc finem (vt multi existimant de aqua lustrali) & adiungat orationes suas, quibus à Deo postulet hunc effectum, posse obtinere illum per modum impetrationis, saltem impetrando bonum motum, per quem homo à veniali culpa liberetur, vt patet ex ratione facta in precedenti puncto. An vero possint sacramentalia habere maiorem efficaciam à praedictum effectum, dicemus praedicto loco.

Circa quartum effectum de remissione poenae temporalis, non est dubium, quin sit in Ecclesia potestas ad applicandum ex thesauro suo aliquam satisfactionem, ratione cuius aliqua poena temporalis remittatur ultra meritum & satisfactionem propriam eius, cui applicatur: vt constabit in materia de indulgentiis. Sic igitur certum est, potuisse Pontificem applicare huiusmodi satisfactionis partem homini vtenti hoc vel illo sacramentali, vt nimirum oranti in templo consecrato, vel alio simili, quae applicatio si fiat, erit per modum indulgentiae: nec video quomodo possit aliter per Ecclesiam attribui his sacramentalibus. An vero hoc modo sint aliqua sacramentalia instituta ad hunc finem, mihi non satis constat: nec video, quo fundamento sufficienti affirmari possit. Nam de caeremoniis, v.g. Baptismi, non est verisimile, ordinatas esse ad hunc effectum, cum ipsum sacramentum per se sit sufficiens ad tollendam totam poenam, & ante Baptismum non sit homo capax talis effectus. De caeremoniis vero aliorum sacramentorum, licet non sit omnino eadem ratio, tamen modus institutionis videtur esse similis: & ideo, nisi in particulari de aliquo sacramentali satis constat esse institutum ad hunc effectum, non est leuiter & sine fundamento asserendus. Illud vero multo improbabilius est, quod quidam asseruisse feruntur, scilicet per huiusmodi sacramentalia interdum remitti poenam temporalem ante remissionem culpae venialis propter quam debetur. Est enim hoc improbabile, quia reatus poenae est intrinsece annexus culpa, quamdiu illa durat, & ideo, quamdiu culpa non remittitur, reatus poenae nec tolli, nec dimitti potest: vt iterum dicemus agentes de Baptismo.

Circa quintum effectum, qui est expellere, & coercere daemones, ex ipso vsu Ecclesiae & ex orationibus quae in coniciendis multis sacramentalibus dicuntur, constat satis, hunc effectum esse frequenter intentum ab Ecclesia. Quapropter primum omnium statuendum est, habere Ecclesiam specialem potestatem à Christo datam in daemones, ad imperandum illis, seu ad illos coercendos, seu expellendos. Hoc constat ex vsu & traditione Ecclesiae, quae colligitur ex Coelestino Papa epist. 1. ad Episcop. Galliae, cap. 12. vbi inquit: Eos qui ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adire, quam Exorcismis, & insufflationibus Clericorum, spiritus ab eis immundus abigatur. Vnde in Concil. Carthag. 4. c. 7. dicitur, Exorcismus dari potestatem ad imponen-

*De remissione poenae temporalis quid sentiendum.*

*Ecclesia specialem potestatem habet in daemones.*

dum manus super Energumenos, scilicet ad pellendos daemones. Et idem habetur in Concilio Aquilgranensi sub Ludouico I. c. 4. Hinc Iustinus in Dialogo contra Triph. dicit, solitos fuisse Christianos adiurare daemones, eosque per inuocationem Iesu Christi Domini nostri coercere, Cuius [inquit] vim nominis, etiam daemones exhorrescunt: idem Apolog. 1. pro Christianis, & eleganter Lactan. lib. 2. cap. 16. de daemonebus loquens inquit. Nocent illi quidem, sed eis à quibus timentur: quos manus Dei potens & excellentia non protegit, qui prophani sunt à sacramento veritatis. Iustos autem, id est, cultores Dei, metuunt: cuius nomine adiurati de corporibus abscedunt, quorum verbis tanquam flagris verberati, non modo daemones se esse confitentur, sed etiam nomina sua edunt: quia nec Deo, per quem adiurantur, nec iustis, quorum voce torquentur, edis verberari se, & ardere, iam iam exire proclamant. De eadem re scribit Tertul. in Apol. c. 32. & lib. ad Scapul. c. 2. Daemones (inquit) non tantum respicimus, verum etiam reuincimus, & quotidie frustra edimus, & de corporibus expellimus. August. 10. de Ciuit. c. 22. & saepe alias huius consuetudinis & potestatis meminit. Itē Cypri. lib. 4. epist. 7. alias epist. 76. circa fin. vbi Pamel. alia congerit.

Non explicant autem praedicti Patres, an hic effectus seu efficacia fundetur in merito vel priuata oratione ministri operantis: quamquam interduum hoc significent: potest enim sine dubio multum profdesse, non est tamen censenda haec tota causa, imo nec simpliciter necessaria ad hunc effectum, vt sentiunt communiter Scholastici tractantes de Exorcismis, vel caeremoniis Baptismi. D. Tho. infra q. 71. art. 3. & in 4. d. 6. q. 2. ar. 3. quae sunt 2. Bonauen. art. 3. q. 2. Richard. art. 6. q. 1. Palud. q. 4. art. 3. Duran. q. 4. Soto q. 2. art. 3. Heinric. quod. 8. q. 35. vbi generaliter de sacramentalibus loquitur. Hoc etiam sentiunt Patres citati: quatenus hunc effectum etiam tribuunt virtuti, & efficaciae nominis Iesu, & inuocationis eius, & fidei ac sanctitati Ecclesiae, sentiunt etiam provenire hoc à speciali potestate à Christo data: quae etià colligitur ex Matt. 10. Lucae 10. Marc. 16. In nomine meo daemones eiiciunt: & in lege veteri videtur fuisse similis potestas: vt notat Hieron. in id. Marth. 12. filij vestri, in quo eiiciunt? Multo ergo magis erit in lege noua. Et confirmatur, quia sicut in administratione sacramentorum effectus non pendet ex sanctitate ministri, quia non in sua, sed in Christi persona operatur: ita, neque in sacramentalibus, quae ad hunc effectum instituta sunt, efficacia pedit ex sanctitate ministri, quia non in sua, sed in persona Ecclesiae operatur: haec enim de causa ad hoc munus consecratur, & ordinatur, & definitis verbis ac orationibus ab Ecclesia institutis vtitur, igitur, quauis ministri sanctitas & meritum conferre aliquid possint, non tamen est haec causa vnica nec necessaria huius effectus.

Sed explicandum superest, qualis sit haec potestas, & quis modus operandi hunc effectum. In quo primum reijcienda est sententia, quam Scholastici referunt: potestatem hanc expellendi daemones posse esse naturalem, à qua non multum discordat Burgenf. 1. Regum. 16. qui musica, & quibusdam alijs qualitatibus naturalibus. hanc vim tribuit, est tamen ridicula sententia. Nam cum daemon sit substantia spiritalis, nec noceri potest, neque aliquid pati à qualitatibus naturalibus: ergo nec cogi potest, vt à corpore humano discedat. Item daemon non habet praesentiam, vel vnionem cum corpore humano, quae pendeat ex dispositionibus corporalibus eius, vt facta transmutatione in corpore cogatur daemon inde recedere. Et quamuis fortasse propter corporis immutationem fieri possit interdum, vt impediatur daemon, ne possit, vel saltem, ne tam facile possit hominem vexare aliquo passionis seu alterationis genere, non tamen potest simpliciter impediri, ne hominem

*An hoc effectus fundatur in oratione ministri operantis.*

*Potestatem expellendi daemones modo esse naturalem.*

minem obideat, & membra eius vel humores moueat localiter. Adde, quamuis hoc in rebus etiam aliis certum videatur, multo tamen certius esse in caeremoniis seu sacramentalibus Ecclesiae, de quibus agimus, quia Ecclesia solum vitur orationibus, imperio, & sacris signis, in quibus nulla naturalis efficacia fingi potest: est ergo supernaturalis potestas & efficacia.

*Hic effectus non fit per physicam actionem, sed moralitatem.*  
Secundo vero dicendum est, hoc non fieri per actionem seu efficientiam physicam; primo quidem: quia nec est necessaria, nec fundari potest, neque est gratis fingenda. Secundo quia saepe nullus intercedit effectus, qui per physicam efficientiam fiat, quia vel hic effectus fit in homine: & hoc non, quia nullus potest probabiliter excogitari: vel in demone: & hic maxime potest esse motus localis: quia videlicet cogitur demon hinc recedere, nihil enim aliud postitum potest fingi, quod in demone fiat: hic aut effectus non semper fit: interdum enim solum impeditur demon, ne noceat: vel ne taceat, etiam in loco recedere non cogatur, & tunc intelligi non potest, quis effectus physicus fiat in demone, aut quo modo impediatur per actionem physicam: sed solum per virtutem diuinam cogentem illum, vel subrahentem concursum. Si aliquando vero cogitur etiam mutare locum, vel recedere, licet intelligi possit, fieri hoc ab agente extrinseco per actionem physicam; tamen non oportet ita fieri, nam cum demones percipiunt verba & signa humana, & vim eorum intelligent, moraliter modo precipiuntur, & obedire coguntur: fit ergo hic effectus non physicus, sed moraliter.

*Hic effectus non fit per physicam actionem, sed moralitatem.*  
Sed adhuc restat explicandum, quis sit modus & quae radix huius efficaciae moralis. Respondetur: triplex potest assignari. Prima est veluti conaturalis, suppositis nostrae fidei mysteriis, cum enim demon virtutem Christi, vel inuitus, agnoscat & credat, sequitur per Crucem eius victum & superatum intelligat, & hoc ipso, quasi ex natura rei sequitur, & aditio Christi in nomine perhorrescat, & viso signo crucis, quodam modo torqueatur, & confundatur. Et ideo dicitur, his duobus signis, Crucis, & nominis Christi potissimum visum ad hanc effectum consequendum. Vnde Lact. li. 4. c. 27. inquit: Sic Christus, cum inter homines gressus uniuersos demones verbo fugabat, ita nunc scitatis eius in nomine Magistri sui, & magno passionis eius, eos ab hostibus excludere: sic etiam Orig. Hom. 6. in Exo. Quid inquit timorem demones, quos tremunt sine dubio Christi crucem, in qua triumphauit. Secunda est vis imperandi data, non tantum in ministro, sed in sanctitate totius Ecclesiae, in cuius persona ministerat: oratione humani in oculis, ut hic effectus per modum imperationis, sicut de secundo dictum est. Tertia causa probabilis est, specialis potestas data Ecclesiae a Christo Domino ad imperanda demonibus, quae ipsius Christi voluntate obedire coguntur: haec potestas videtur colligi ex eius locis scripturae, & ex visu & traditione Ecclesiae: cum in Ordine Exorcistas dicitur eis potestatem aduersus demones, non tantum videtur eis concedere facultatem postulandi hanc effectum nomine suo, sed et in eos trasferre potestatem aliquam specialem sibi a Christo concessam, & fortasse de hac loquitur Iulianus q. 20. ad greges, cum inquit, esse vim quandam quae sub sensum non cadit, quae timorem incutit demonibus; cum ab Ecclesia imperantur. Hanc etiam videtur Aug. lib. 83. quaestio. 97. vocare publicam, & imperabilem legem, & summi Dei potestatem, quae interdum Sanctis conceditur, ut imperent in huius potestatibus. Verum est, haec & alia testimonia intelligi posse de gratia gratis data, quae ad gratiam in radulum reuocatur: quae interdum sanctis hominibus conceditur supra & in omnes. De qua legi potest optima historia apud Greg. Nyss. oratio de S. Gregorio Thaumaturgo: nihilominus tamen intelligentiam possunt de ordinaria potestate, quam et

August. supra vocat publicam administrationem, quae fit iussu eius, Cui cuncta creatura subiecta est: & eodem modo dicit ibidem, nonnumquam malos Christianos, vel schismaticos, vel haereticos, per nomen Christi aut verba, aut sacramenta Christiana exigere aliquid a potestatibus, quibus honori Christi cedere indictum est: & haec vocat ibidem, signa publicae iustitiae, quae efficaciam habent propter honorem excellentissimi Imperatoris. Quod si inquiras: cur haec signa non semper sint efficacia, seu cur hic effectus non semper fit infallibilis? Respondet ibidem Aug. dicens. Cum autem non cedunt his signis huiusmodi potestates, Deus ipse prohibet occultis modis, cum id iustus, atque vtile iudicat, vel ad confundendos malos, cum eos oportet confundi, vel ad monendos bonos, ut proficiat in fide, atque ista non iactenter sed vtiliter proficit, vel ad discernenda zona membrorum Ecclesiae. Itaque hic effectus non est ita absolute promissus, quin impediri possit, vel propter priuatum, vel propter publicam causam. Nam cum hic effectus non pertinet ad donum gratiae gratiam facientis, sed ad liberationem quadam a malo poena, non solum ex proprio demerito seu obice impediri potest, sed etiam propter maiorem vtilitatem animae, vel in aliorum exemplum, aut propter aliud Ecclesiae commodum.

Circa sextum effectum, qui est beneficium aliquod temporale seu corporale, nihil nouum addendum occurrit: non est enim dubium, quin aliqua caeremoniae vel benedictiones sint ab Ecclesia institutae ad imperandos huiusmodi effectus, ut late profequitur Vvaldesius to. 3. de sacramentalibus, c. 163. & seqq. Tamen hic effectus solum obtinetur per modum imperationis loquendo directe & quali per se: per accidens vero, & remouendo prohibens, interdum obtineri solet coercendo demoniam potestatem, quomodo uti solet Ecclesia exorcismis ad tempestatem repellendam, vel fugandam animalia nocua, vt 2. 2. q. 90. D. Th. tractat. & Soco lib. 8. de nat. & iur. q. 3. art. 3.

DISPUTATIO XVI.

De praecipuis sacramentorum pertinentibus ad ministerios eorum.

**A**ctenus vniuersam doctrinam speculationum de sacramentis profecti sumus. Doctrinam vero moralem in hanc partem partem reiecit, ut clarius ac breuius comprehendere possit, & ad vsum applicari. Moralium autem doctrina in tribus potissimum versari potest. Primum, in explicandis praecipuis, quae ad rem aliquam pertinent. Secundum, in explicando modo, quo seruari debent, vel violari possunt praecipua. Tertio, in poenis declarandis, quae propter huiusmodi transgressionem impositae sunt: loquor autem de poenis ecclesiasticis, ut sunt censurae, inhabilitates, & huiusmodi: nam poenae quae Deus infligit, vel aliae humanae seu seculares ad nostram considerationem non spectant. Atque de his tribus capitibus dicemus, tam hoc loco, quam in moralis dispensatione de singulis sacramentis, atque eandem methodum seruabimus disputando de singulis virtutibus, si Deus hoc aliquando concesserit. Rursus obseruandum est, quod solum personas necessarias esse, ut sacramentum fiat: scilicet, dans & recipiens, quas supra diximus debere esse distinctas, saltem in his sacramentis, quae in vsum committunt: atque haec duae personae sufficiunt, generatim loquendo: nam licet in quibusdam sacramentis plures interueniant, tamen vel non sunt de substantia sacramenti, vel earum necessitas est ex speciali ratione alicuius sacramenti, quae ad hanc generalem considerationem non pertinet. Ad has ergo pertinet potestates sunt,

*Cur hic effectus non fit infallibilis.*

D. V.

sunt, sacramentorum praecepta: quae considerari possunt, vel quatenus absolute pertinent ad ministrum, vel prout imponuntur recipienti, vel prout respectiue respiciunt vnum in ordine ad alteram: vel è conuerso: & iuxta haec tria membra partem hanc moralem tribus disputationibus complectemur.

Denique obseruandum est, cum sacramenta sint res maxime sacrae in eis in primis habere locum ea naturalia praecepta, quae virtus ipsa religionis circa res sacras praecipit obseruare. Quorum vnum, & praecipuum est illud negativum, non inferre iniuriam, nec indigne tractandi res sacras, vt in specie notauit D. Thom. 2. 2. quaest. 99. artic. 3. dicens huius praeccepti transgressionem ex genere suo esse peccatum mortale, quia est contra nobilissimam virtutem, & contra honorem debitum Deo. Aliud praecceptum naturale & generale potest esse affirmatiuum, non absolute, sed sub conditione, scilicet digne tractandi sacramenta, si dispensanda vel recipienda sint: quod fere idem est cum praecedenti negativo: & in his fundantur multa, quae dicemus de praecceptis sacramentorum: quae ex natura rei oriuntur ex ipsamet sacramentorum institutione. Alia vero sunt positiua diuina vel ecclesiastica, quae omnia explicanda à nobis sunt.

### SECTIO I.

*Quis possit licite, vel renouari sacramenta ministrare.*

Primum omnium statuendum est, potestatem administrandi licite sacramentum supponere potestatem conficiendi illud: nam si quis sacramentum conficere non possit, multo minus poterit illud efficere licite. Quia si illud tentet efficere sine potestate, nihil efficiet: & hoc ipso erit sacrilegus, quia sic tentat facere rem sacram, quam non potest efficere. Praeterea facit contra Christi institutionem, qui certos ministros sacramentorum instituit. Tertio quantum in se est prauum ritum in conficiendis sacramentis introducit, & facto ipso falsam doctrinam profertur: & ideo merito vt sacramenti illusor & in fide suspectus ab Ecclesia punitur. Quarto grauius decipit, tum est, cui huiusmodi fictum sacramentum tribuit, tum etiam Ecclesiam, ex qua deceptione sequi possunt graua incommoda, vt exteriores idololatriae, animarum pericula, scandala, & similia.

Quod si quis inquirat, quanam sit haec potestas. Dicendum est, non esse eandem respectu omnium sacramentorum, nam in quibusdam sufficit potestas Ordinis sacerdotalis, vel episcopalis: aliquando requiritur etiam potestas iurisdictionis: aliquando vero neutra est necessaria ad valorem sacramenti, vt in Baptismo. Hic ergo absolute loquimur de potestate, qualis necessaria fuerit, vt sacramentum teneat. Dices, quid, si ministraturus sacramentum dubius sit de sua potestate, id est, an sit ordinatus, vel iurisdictionem habeat? Respondeatur primo, si dubium tale sit, vt in neutram partem possit homo inclinari per assensum saltem probabilem, non potest licite sacramentum ministrare, quia exponit se manifesto periculo, nihil faciendi, & incurrendi in omnia incommoda superius indicata. Secundo, quando hoc dubium est formido quaedam, si cum illa sit coniunctus assensus, quo pensatis omnibus, homo iudicat esse probabilis, se habere talem potestatem, regulariter loquendo potest illa vti: si nullum detrimentum vel iniuria tertiae personae intercedat. Probatur: quia huiusmodi iudicium est humano modo certum, & ideo est moraliter sufficiens ad regulandas actiones humanas, quando nec certior cognitio haberi potest, neque ex hoc vsu sequitur graue aliquod detrimentum, quod facile & sine vilo incommodo vitari non possit. Et confirmatur: nam propter hanc causam in omnibus aliis rebus licitum est

vti opinione probabiliori, quando cuncte illa duo concurrunt: quod nec comparari potest certior cognitio, nec ex illo vsu sequitur graue detrimentum, quod facile vitari non possit, quod est extrinsecum & per accidens: Ratio vero est, quia vix potest homo certior cognitionem in quacumque materia consequi, & praesertim in rebus agendis, quae lubricae sunt & incertae: ergo praeter rationem esset, maiorem certitudinem requirere in homine ad conuenientem modum operandi. Tertio, quando iudicium est probabile, vel verisimile, ita tamen, vt simul homo iudicet esse probabile, vel probabilis, se non habere necessariam potestatem, res est magis incerta. Nam quidam absolute docent, tunc esse liberum homini sequi iudicium probabile, & in re incerta vti iure suo & potestate, quam se habere probabiliter credit. Alij vero absolute negant propter periculum, quod in re ipsa existit nihil faciendi, propter probabile iudicium. Quae ratio ita videtur vrgens, vt videatur concludere nunquam esse in hac re vti iudicio probabili absque certitudine morali & humana, nisi aliqua necessitas, vel grauis causa ad id cogat: quod sane est satis verisimile. Et ideo censeo, neutram ex illis duabus contrariis sententiis posse generaliter ad praxim reduci, nam prior quidem non semper erit tuta, & ratio facta conuincit, posterior vero saepe erit nimis rigida, & hominem coniciet in magnas angustias & perplexitates. Quocirca prudenter sunt pensandae occurrentes circumstantiae, vt homo temere & sine causa non se exponat periculo faciendi sacramentum irritum & nullum: hoc enim re vera non licet: censebitur autem se exponere huic periculo, quando sine necessitate graui vel causa vrgente vtiur potestate incerta, sequendo iudicium minus probabile. Secus vero erit, quando necessitas vrget, & non est alia securior via: quia, verbi gratia, vel sacramentum omnino omittebatur, vel illo probabilimodo dispensandum, tunc enim licitum esse poterit vti tali potestate, quia tunc non tam se exponit periculo, quam permittit illud, vt maius vitet, & alioqui habet humanam cognitionem, quae potest esse sufficiens principium recte operandi, quando aliunde non oritur speciale incommodum aut periculum. Atque tota haec doctrina sumpta est ex generalibus principijs, quae de vsu conscientiae traduntur à Theologis, & eam postea ad singula sacramenta applicabimus, & ideo in congerendis exemplis in particulari non immorabor, ne prolixior sim.

Secundo dicendum est, praeter potestatem conficiendi sacramentum, requiri ius seu facultatem administrandi illud, vt licite possit dispensari. Itaque non omnis qui potest facere sacramentum, potest etiam licite illud dare, sed qui cum potestate habet etiam ius: conclusio est certa, quae originem trahit à iure diuino: pendet tamen aliquo modo ex determinatione iuris humani. Quod explico in hunc modum, nam, vt docet August. lib. 2. contra Parmenian. capit. 13. soli sacerdos, per se loquendo, habent potestatem & ius administrandi sacramenta, quae ab ipsis administrari possunt: quia collatio sacramenti est actio sacra, ad quam digne perficiendam ministri consecrantur. Excipitur autem ab hac generali regula, in primis Matrimonium, in quo ipsi contrahentes habent rationem ministri conscientis sacramentum: quia materia & forma illius hoc requirit, nam in ipso exteriori contractu posita est. Quamquam nunc ex Ecclesiae ordinatione, necessaria sit praesentia parochi: non vt sit minister sacramenti, sed vt conditio quaedam necessaria ad valorem contractus. Deinde excipi potest Baptismus, quem interdum potest laicus ministrare: quae facultas concessa est in illo sacramento propter necessitatem eius: & ideo, si extra necessitatem laicusa vtratur, faciet quidem sacramentum, quia simpliciter potestatem habet: graui-

An dubius  
de potestate  
possit sacra-  
menta ministrare.

Intentione  
qua minister  
conficit sacramenta

Ius ad dispensandum sacramentum

ter tamen peccabit, nam non habet ius, & indebito modo potestate sibi data utitur, alienum ministerium usurpando. Vnde August. supra, sic inquit. Nulla cogente necessitate si fiat alieni muneris usurpatio est, quod autem datum fuerit, non poterit dici non datum quamuis possit dici illicite datum.

Secundo observandum est, in ipsis sacerdotibus præter potestatem Ordinis, quam ex vi suæ ordinationis habent, ut licite possint ministrare sacramenta, requiri potestatem iurisdictionis, vel ordinariam, vel ab eo delegatam, qui est ordinarius pastor: quod quidem à iure diuino originem ducit: per ius autem posituum consummatur. Loquendo enim in genere vel in vniuersali, de iure diuino est, ut in Ecclesia alij sint pastores, ad quos cura animarum pertineat, alij vero sint oues. Ioan. 20. & ad Ephes. 4. Et ipsa naturalis ratio dicitur, in corpore myltico, quale est Ecclesiæ, ad conueniens eius regimen: necessariam esse hanc munerum distinctionem, ordinemque hierarchicum. Hoc autem posito, necessario sequitur, ad ministracionem sacramentorum esse proprium munus pastorum Ecclesiæ, quibus cura animarum incumbit. Primo quidem, quia ipsi sunt dispensatores mysteriorum Dei, & ideo ad illos pertinet cura & sollicitudo, atque discretio inter dignos & indignos, ut sacramenta pro dignitate tractentur. Secundo, quia sacramenta sunt animarum medicinæ, & ideo pastorum animarum esse debet ius illa dispensandi. Tertio, quia per sacramenta constituuntur membra Ecclesiæ, & ministri etiam Ecclesiæ ordinantur: ergo necesse est, ut hoc pertineat ad eos, qui Ecclesiam regunt: alioqui necesse esset, multa fieri in Ecclesia inordinate, ac confuse. Hoc ergo modo ducit hæc obligatio originem ex iure diuino. Per ius autem humanum consummatur, quatenus iurisdictionis huius distributio per homines facta est, & à supremo capite Christi Vicario ad ceteros aliquo modo deriuatur, qua diuisione facta, & huic, vel illi homini tali iurisdictione applicata: etiam sit illi iniuria, usurpando ius seu ministerium eius absq; superioris delegationis seu facultate. Atque ex hoc capite peccat Episcopus, qui in aliena diocesi Ordines cõfert, sine proprii Episcopi facultate: peccat etiam simplex sacerdos propria autoritate ministrans sacramenta aliens ouibus: peccat deniq; omnes, qui iuxta Ecclesiasticæ statuta priuati sunt iure seu vñu administrandi sacramenta, & nihilominus ea dispensant. Quare in hoc negotio potissimum consulenda sunt Ecclesiasticæ leges, & omnino seruanda. Notanda vero est differentia, quæ in hoc est inter sacramentum Confessionis, & cetera, quia in alijs sacramentis hæc facultas & iurisdictione est necessaria, ut licite dispensentur sacramenta: si tamen absque illa ministrantur, valida erunt: in sacramento autem Pœnitentiæ iurisdictione necessaria est ad valorem sacramenti, quoniam est actus iudicialis, ut suo loco dicemus. Nunc etiam in sacramento Matrimonij, ad valorem eius aliquo modo necessaria est iurisdictione, quia est necessaria præsentia Parochi, vel alterius sacerdotis ex eius commissione. Sed hoc non est ex natura, vel ministerio sacramenti, sed solum quia est conditio ex iure positiuo necessaria ad valorem contractus, ut dictum est, & alibi latius dicemus.

Dico tertio, obligatio ministrandi sacramenta solum cadit in eum, qui potest illa licite ministrare, vel simpliciter, vel in casu aliquo: quia obligatio esse non potest, nisi de actu licito. Potest autem hæc obligatio ex duplici capite oriri, ut omittam alias obligationes extrinsecas, ut esse possunt ex voto, obedientia, &c. hæc enim sunt accidentalialia, quæ sub scientiam non cadunt. Vnum caput est, charitatis, seu misericordiæ: in quo seruanda sunt generales regulæ de tempore, in quo obligat præceptum charitatis, seu misericordiæ: nihil enim aliud speciale hic addere oportet. Secundum caput est iustitiæ, cuius

Franc. Suarez Tom. 3.

obligatio conuenit tantum illis, qui vel ex officio vel ratione stipendij, & promissionis, & pacti tenentur hoc munus exercere. Quapropter vtraque ex his obligationibus ex suo genere grauis est, & sub mortali obligat: posterior autem est maior & illius transgressio potest interdum obligationem restituendi inducere, quia hæc obligatio ad iustitiam commutatiuam pertinet. De hac vero obligatione magis in particulari dicemus in sequentibus, tractando de singulis sacramentis, & præsertim in materia de Pœnitentiâ, & de Ordine.

### SECTIO II.

*Vtrum ministri sacramentorum teneantur non mutare formas nec materias sacramentorum, & quo modo in hoc peccent.*

PRIMUM fundamentum huius materiæ esse debet, sacramentorum ministros iure diuino teneantur ad retinendum in vñu sacramentorum materias, & formas à Christo institutas. Hoc est de fide certum, & ex ipsa institutione intrinsece sequitur, nam tenentur vera sacramenta conficere, non ficta & falsa: non efficient autem vera sacramenta, nisi applicant materias & formas à Christo institutas.

Ex hoc igitur fundamento sequitur primo, esse graue peccatum mutare in forma vel materia sacramenti aliquid substantiale seu essenziale. Probatur quia facta hac mutatione, non applicatur materia, & forma à Christo instituta, nam quidquid est de essentia talis materiæ, & formæ cadit sub talem institutionem. Secundo, quia facta tali mutatione non fit verum sacramentum, ut supra ostensum est, tenentur autem, ut dixi, sacramentorum ministri vera ministrare sacramenta: alioqui & sacramentis ipsis, & eorum auctori Christo, & suscipienti, & vniuersæ Ecclesiæ magna fit iniuria, dum nouus ritus introducit contra Christi institutionem: & frustrantur fideles veris sacramentis ac remedijs salutis suæ. Atque (ut hoc obiter definiamus) sub hac assertionione comprehenditur intentio ministris, quæ suo modo essentialis dici potest, quatenus simpliciter necessaria est, ut sacramentum sit validum. Quapropter non adhibere debitam ac necessariam intentionem in conficiendo, sacramentum mortale peccatum est, illudq; grauisimum. Sed quæres: an huiusmodi lapsus possit interdum per ignorantiam excusari: Respondetur, ignorantiam iuris, moraliter loquendo, nunquam posse in hoc negotio excusare: quia hoc generale ius, quod sacramenta debeant confici vera & integra ex partibus, saltem essentialibus, tã est per se euidens, ut nõ possit ignorari, suppositis principijs fidei, quæ ex parte sunt lumine naturæ nota, scilicet quod sancta vere ac religiose & sine fitione ac deceptione tractanda sunt. Lex autem particularis de materia & forma essentiali singulorum sacramentorum, quamuis ignorari possit à multis, tamen à ministris sacramentorum non potest ignorari sine culpa: quia vel non debent sese huic ministerio ingerere, aut si volũt illud suscipere, tenentur prius huiusmodi ignorantiam expellere. Loquor autem moraliter & regulariter, quia non nego posse accidere, (speculatiue rem considerando, seu casus fingendo,) ut aliquis ex ignorantia inuincibili habeat falsam existimationem circa essentiam alicuius sacramenti, sed illud raro accidet, & valde accidentarium est: & ideo non cadit in considerationem moralem. At vero, loquendo de ignorantia facti seu naturali inaduertentia, sæpe accidere potest, ut minister à culpa excusetur, conficendo, verbi gratia, in aqua, vel omittendo aliquod verbũ ex aliqua perturbatione, quæ perfectã aduertentiam, ac deliberationem impediatur, quod notauit Caietanus in sum. verbo, Missæ celebratio, circa finem. Est autem difficile discernere, quando hæc inaduertentia est inculpabilis, aut sufficientia indicia præbere

*Peccat graue, qui substantialem formam, vel materiam mutat.*

*Is qui debitam intentionem non adhibet, ut peccat.*

*An ignorantia excuset.*

*Ad sacramenta ministranda obligatur aliquis, aut ratione charitatis, aut iustitiæ.*

præbere ad hoc iudicandum. Existimo tamen, si quis bona fide ac intentione procedat, & moralem diligentiam adhibeat, qualis ordinarie adhiberi solet à viris prudentibus ac timoratis, facile excusari à culpa, præsertim graui. Quid autem faciendum postea sit, quando contingit huiusmodi defectum committi, dicemus commodius in singulis sacramentis. Regula enim frequentius seruanda est: iterandum esse sacramentum, præsertim si sit necessitatis. An vero interdum aliud expediat, pro ratione sacramenti & circumstantiarum iudicandum est, & in particulari, vt dixi, dicetur melius.

*Materia, aut forma vt incerta, quando peccatum sit.*

Secundo colligitur ex prædicto fundamento, teneri ministrum sacramentorum ad applicandum materiam & formam certam, grauiusque peccare, si vtatur materia seu forma dubia vel incerta, ommissa certa, etiam si id faciat sequendo opinionem probabilem speculatiue, vel etiam probabiliorem, de veritate & sufficientia. Hanc assertionem indicauit Scotus in 4. dist. 3. quaest. 2. art. 3. in prima variatione, licet non tam distincte eam explicauerit: exempla sunt facilia, si quis, verbi gratia, in Baptismo diceret in forma. In nomine Genitoris, & c. omisso nomine Patris, & c. vel si in forma calicis omitteret illa verba. Qui pro vobis & pro multis: vel qui consecraret in materia hordeacea, aut confirmaret sine balsamo. Ratio vero est tacta in præced. sect. quia in huiusmodi mutatione exponit se minime periculo nihil faciendi: quia relinquit certum, & assumit incertum, & quantumuis speculatiue opinio probabilis sit, si tamen in re est falsa, vt esse potest, nihil fiet. Est ergo manifestum & morale periculum: ergo est sacrilegium tali periculo sine causa se exponere. Nam, si ministrare fictum seu falsum sacramentum, sacrilegium est, vt ostendimus, etiam erit sacrilegium exponere se sine causa tali periculo: quia in moralibus perinde est aliquid facere, & exponere se periculo faciendi. Quod autem hoc fiat sine causa patet, quia vt supponimus teneri potest via certa, & illa omittitur solum voluntarie ad vtendum incerta. Confirmatur, quia huiusmodi mutatio semper est contra vniuersalem Ecclesie morem, & contra reuerentiam sacramento debitam: materia enim & forma sacramenti, quæ sunt in communi vsu Ecclesie, semper sunt certæ, & ad reuerentiam sacramento debitam spectat, vt ex materia & forma certis conficiatur, si commode potest.

*Obiectio.*

Dices, ergo nunquam licebit vt materia vel forma probabilis in conficiendo sacramento: nam, si hoc est malum, est natura sua intrinsece malum: quia sicut exterius efficere sacramentum fictum & nullum, est intrinsece malum, ita exponere se morali periculo nihil faciendi, est intrinsece malum: quia hæc duo, vt diximus, moraliter idem sunt: ergo nunquam hoc licebit: consequens vero est falsum, nam sæpe est necessarium vt materia probabilis.

*Responsio.*

Respondetur, aliud esse vt materia probabilis, voluntarie ommissa certa, aliud vero esse vt materia probabilis, quando certa adhiberi non potest. Primum est proprie se exponere periculo: & ita concedo nunquam licere, sed esse intrinsece malum. Secundum vero potest interdum licere. Exemplo res declaratur, nam in sacramento Confirmationis Chrisma confectum ex balsamo, & oleo consecratum ab Episcopo est materia certa, oleum vero simplex ab Episcopo benedictum est materia probabilis: vt ergo hac posteriori materia, quando est copia prioris, semper est malum propter rationem factam: vt vero simplici oleo consecrato ad conficiendum Confirmationis sacramentum, vbi Episcopus non posset alicuius balsami copiam habere, non esset malum: quia tunc, moraliter loquendo, non se exponit periculo, sed patitur potius seu permittit aliquod periculum, quod vitare non potest, vt sacramentum conficiat saltem probabile: nam minus malum hoc est, quam omnino ca-

rere sacramento: cui nulla in hoc fit iniuria vel irreuerentia, quia fit certiori modo, quo tunc potest moraliter heri.

Sed vtgebit aliquis, nam in materia Confessionis sæpe licet vt materia probabilis, ommissa certa, vt v. g. confiteri cum attritione cognita absque contritione, cum tamen hæc sit materia certa, illa vero probabilis tantum: & vtraque sit in hominis potestate. Simile exemplum est, quando sunt opinioniones, an teneatur quis in tali casu confiteri tale peccatum, necne: tunc enim, si penitens confiteatur illud, vtitur materia certa: quia non est dubium, quin illa sit confessio integra: si vero taceat, vtitur materia probabilis, & tamen hoc licet: quamquam vtraque materia sit in eius potestate. Respondetur, in hoc posteriori casu semper materiam esse certam: quia semper est confessio forma formaliter, & hæc est materia certa & indubitata confessionis: dicitur autem confessio formaliter integra quando cuncte nihil in confessione taceatur ex malitia, seu negligentia quæ ad peccatum mortale sufficit: quando vero aliquod prudenter ac licite taceatur propter occasionem, talis confessio formaliter est integra sine vlla dubitatione. At vero, qui sequendo opinionem probabilem aliquid taceat, prudenter ac licite operatur, & ideo practice certus est, se facere confessionem integram absque formali mutilatione: & ideo etiam est certus exhibere se, materiam certam sacramenti. Eadem responsio applicari potest priori exemplo: quamquam enim sit sub opinione, an attritio cognita sufficiat ad effectum sacramenti consequendum, tamē, quod ad sacramentum ipsum conficiendum sit materia sufficiens, certum est, & extra omnem opinionem: & ideo qui sic accedit, materiam certam sacramenti præbet: & ideo in hoc non peccat. Dices, peccabit saltem in hoc quod non adhibet dispositionem certam ad effectum sacramenti, & exponit se periculo frustrandi sacramentum suo effectu, quod non videtur minus malum, quam exponere se periculo non conficiendi sacramentum: Respondetur, reprehensio dignum esse eum, qui sic accedit, præsertim si possit absque magna difficultate contritionem procurare, vt enim inquit Augustinus primo de Baptismo, cap. 3. In rebus ad salutem animæ pertinentibus, hoc ipso grauius quis peccat, quod certis incerta præponit. Et quidem si articulus esset extremæ necessitatis, vt in articulo mortis, non excusarem huiusmodi hominem à graui culpa, propter graue periculum eternæ mortis, quod est damnum irreparabile: extra hunc vero articulum excusari potest, præsertim ob difficultatem habendi contritionem, quia quod ardet ad reuerentiam sacramenti, iam ille accedit cum dispositione practice sufficienti, cum sequatur opinionem probabilem dicentem, ratione sacramenti non teneri ad perfectiorem dispositionem: quod vero pertinet ad effectum sacramenti, etiam si verum sit, se exponere periculo non obtinendi illum, tamen, cum ille non sit, tunc simpliciter necessarius ad salutem, & postea possit alijs vijs suppleri, si forte tunc non obtineatur, non est illa sufficiens ratio mortalis culpe.

Tertio addendum est, non solum esse præceptum vtendi in sacramentis conficiendis materia & forma essentialibus, sed etiam seruandi eum modum in tali materia & forma, quem Ecclesia præscripsit, vel vniuersali ac recepta consuetudine obseruat: vnde mutationem in hoc facere ex suo genere graue peccatum est. Ita sentiunt cõmuniter Theologi in quarto, distinct. 3. vbi Palud. quaest. 1. ar. 3. Soto distinctio. 1. quaest. 1. ar. 8. circa finem. Exempla sunt, si quis omittat missionem aquæ in consecratione sanguinis, vel in pane fermento consecraret in Ecclesia Latina. Ratio est, quia in Ecclesia est potestas ad præcipiendum huiusmodi modum, seu accidentalem ritum, sicut ostensum est fctione præcedenti. Quod autem de genere

facto

facto hoc præceperit, constare potest, vel ex vniuersali vfu, & consuetudine, vel ex Conciliorum aut Pontificum decretis, vt in particulari dicendum est iuxta materię diuersitatem. Denique quod hoc peccatum ex suo genere sit graue, patet: quia est contra virtutem religionis: vnde in sua specie est sacrilegium: sacrilegium autem ex suo genere peccatum mortale est. Potest autem hoc peccatum esse veniale ex leuitate materię, sicut alia peccata contra alias virtutes, quod tamen in præcedenti assertionem locuti sumus, nam illa semper est grauis materia, cum ab illa pendeat tota substantia sacramenti: in accidentali vero ritu potest esse leuitudo, quia etiam si in illo fiat mutatio, manet sacramentum, & tam parua esse potest, vt non censeatur res grauis. Vt, verbi gratia, si priuatim baptizando, vtatur lingua vulgari omiſſa Latina, vel si ex negligentia aliquantulum corruptam formam seruato sensu: nam hæc & similia leuia sunt: dummodo scandalum abſit, & contemptus, vel intentio introducendi nouum ritum vel damnandi aliquem vsum Ecclesię, nam ex his circumstantijs fieret peccatum mortale, vt per se constat. His vero seclusis, leuis illa mutatio, ad summum, erit venialis culpa. Quin potius tales possunt occurrere circumstantiæ, vt nullum peccatum sit: vt, si Baptismus sit necessarius, & nullus adſit, qui sciat formam Latinam proferre, nihil peccabit baptizando in lingua vulgari: nam cum hoc sit accidentale & leue, mutari potest ob grauem causam seu necessitatem. Atque eadem ratione, si quis sit lingua impeditus, ita vt non possit formam proferre, nisi aliquantulum corrupendo illam, non peccaret, faciendo prout posset: dummodo in essentialibus sufficienter faceret. Merito tamen monet Palud. dist. 3. quæst. 3. circa finem, eum, qui habet huiusmodi impedimentum, non esse facile assumendum ad ministerium sacramentorum, nisi res sit valde leuis.

## SECTION III.

*Vtrum sacramentorum ministri teneantur esse in statu gratiæ, quando ea ministrant, & quomodo in hoc peccent.*

**D**vobis modis contingit ministrari sacramentum: vno modo quasi per se, vt cum datur a ministro ex officio deputato & consecrato ad tale ministerium, & proprio ac solemniter accomodato tali sacramento. Alio modo quasi per accidens: vt cum laicus baptizat in necessitate priuatim, & solum vt necessitati subueniat. De priori modo dicemus in hac sectione, de alio vero in sequenti.

Dico ergo, qui ministrat sacramentum, vt minister, ex officio tenetur se ad gratiam preparare, vt sancte illud exerceat. Vnde, si sciens, & videns, in statu peccati mortalis hoc faciat, moraliter peccat. Conclusio est communis Theologorum, quos statim referam. Probatur primo ex Patribus: Dionys. c. 1. de Eccles. Hierar. sic ad Timoch. loquitur. Ipsosque reuerendissimos presules pontificio iure monebis, munde vt munda contingant, & Epist. 8. ad Demophil. circa medium, Nefas est, (inquit) ea, quæ iusta sunt, non secundum dignitatem, meritoque exequi. & infra. Vt mihi quidem videtur, auidax nimium huiusmodi est, qui non veretur ea, quæ sunt diuina, præter meritum exequi. & Gelas. Pap. vt habetur in cap. Sacrosancta, 1. quæst. 1. & apud Iuonem in 2. par. Decreti. c. 99. & in 6. parte, cap. 110. Quomodo (inquit) ad diuinum mysterium Spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos criminosis actionibus plenus esse probeatur? Quibus verbis non intendit Pontifex negare, quin adſit Spiritus sanctus ad conficiendum sacramentum, si sacerdos iniquus sit, sed negat aduenire ad sanctificandum ipsum: docetque non solum sine fructu, sed etiam ad suam damnationem, ita cõficere. Præterea Nicol. 1. ad consulta Bulgarorum. tit. 11. c. 5. & habetur in c. vltimo 15. quæst. 11. Mali (inquit) bona admi-

Franc. Suarez. Tom. 3.

nistrando, se tantummodo ledunt. Loquitur autem de sacerdote adultero Eucharistiã ministrante, vnde Greg. lib. 1. Epist. 24. & habetur in cap. Necessè est, 1. quæst. 1. Necessè est (inquit) vt munda sit manus, quæ diluere sordes curat, adducitque illud Hsa. 52. Mundi estote, qui fertis vas Domini. Hinc Greg. 9. in c. vlt. de temporibus ordinationum, dicit, monendos esse sacerdotes iniquos, & sub interminatione diuini iudicij obteatandos, si non penituerint, vt in susceptis Ordinibus non ministrent. Atque idem Pontifex in cap. vlt. de Cohabit. Cler. & mulier. dicit, quemlibet sacerdotem, pro mortali peccato, quo ad se ipsum esse suspensum. Non quia speciali Ecclesię censura affectus, seu impeditus sit: sed quia ratione sua statur, & peccati impeditus est, ne pro eo statu possit licite sacramenta ministrare. De qua re multa similia decreta habentur 1. quæst. 1. Deniq. D. August. multis in locis veritatẽ hanc docet ac confirmat, lib. 2. contra Parme. c. 10. Omnia sacramenta, cum obſtinè indigne tractantibus, profunt tamen per eos digne ſumentibus. Appellat tamen indigne tractare, in peccato mortali ea ministrare, vt ibidẽ explicat, & alia plura habet c. 2. 4. 5. & 11. & in enarratione Psal. 103. circa illa verba, Qui tetigit aquis superiora eius. Videant (inquit) quam rationem sint reddituri coram Deo, qui sanctis non sancte vtuntur. Quæ omnia referuntur, prima quæst. 1. cap. Omnia, c. Per Esaiam, cap. Prophetavit. Vnde idem Aug. lib. 4. de Trinit. c. 14. de sacrificio loquens, inquit, Non posse rite offerri, nisi per sacerdotem sanctum & iustum. Dicit autem rite, i. e. honeste, & recte: nã valide, bene potest offerri sacrificiũ etiam ab iniusto sacerdote: quod licet ipsi vtile non sit, aliis potest prodesse. Atq. in hac sententiam congerit August. testimonia veteris testamenti, quale est illud Hsa. 66. Facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidit: & Leuitici 21. Incensum & panes offerunt Deo, & ideo sancti erunt Deo suo, & cap. 22. Omnis, qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino, & Exod. 19. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. In quibus locis interdum est sermo de immunditia, & sanctificatione legali: tamen ex eis sumi potest proportionale argumentum. Nam si ad ministranda legalia, & imperfecta sacramenta necessaria erat sanctitas & munditia legalis: ad ministranda spiritualia sacramenta, & habentia vim sanctificandi per gratiam, erit necessaria spiritualis ac vera sanctitas.

Vltimo reddenda est ratio huius veritatis, ad quod necesse est explicare, an hoc præceptum sit positium, vel naturale. Nam quod in Ecclesia sit hoc præceptum, dubitari non potest: vt constat ex decretis, & testimoniis adductis. Vnde quamuis sola ratione probari non possit, dicendo, latum esse, vel à Christo, vel ab Apostolis, & perpetua traditione seruatum esse in Ecclesia: verisimilius tamen est, ex ipsa rei natura intrinsece consecutum esse, supposita talium sacramentorum, taliumque ministrorum consecratione: nam hoc ipso, quod talia sacramenta & tam sancta, vereque sanctificantia instituta sunt, & ad illa digne ministranda consecrantur sacerdotes, & specialem gratiam recipiunt, statim oritur obligatio ministrandi ea in statu gratiæ. Hanc vero consecutionem dupliciter probat D. Thomas supra quæst. 64. art. 6. Primo, quia huiusmodi minister, se exhibet in illo ministerio tanquam diuinum & animatum instrumentum ex officio ad huiusmodi munus deputatum: ergo tenetur se conformare principali agenti, vt sit sanctus, sicut ille sanctus est: alioqui grauem irreuerentiam in eum committit. Secundo, quia, quantum est in se, contaminat sacramentum tractando illud tanquam rem prophanam, non diiudicans neque discernens preciosum à vili, neque ministerium sacrum à communi & vulgari, vt in simili dixit Paulus 1. ad Corinth. 11.

Q 2

Dices

Minister ex officio tenetur se ad gratiam preparare, vt sacramentum ministrare.

De hoc esse naturale præceptum verisimilissimum.

Dices, hac ratione probaretur, esse peccatum quamcumque actionem sanctam exercere in peccato mortali. Respondetur, non esse aequalem rationem: tum quia non omnis bona actio est specialiter consecrata & sanctificata Deo, neque specialiter titulo est actio ipsius Dei, & instrumentum eius ad sanctificandos homines, quae omnia in sacramentis reperiuntur. Tertia probatio addi potest, nam sacerdotes sunt specialiter consecrati ad hoc munus, & ad illud digne exercendum specialem gratiam recipiunt: ergo ex vi talis muneris & consecrationis oritur eis obligatio, digne ac sancte tractandi sacramenta, saltem quando illa ministrant ex officio. Dices, hac ratione probaretur, eum, qui post acceptum Confirmationis sacramentum ad confitentiam fidem accedit, teneri in gratia accedere, quia per sacramentum est specialiter consecratus ad id munus. Respondetur, quidquid fit in eo casu aliunde oriatur haec obligatio, vel ratione periculi, vel propter difficultatem & rei gravitatem: tamen, quod ad praesens spectat, non est similis ratio: quia illa actio, quia est proprium opus hominis, non habet specialem sanctificationem, sicut actio sacramentalis. Item sacramentum Confirmationis non dat, ut illa actio merito fiat primario ac per se, sed ut fideliter & constanter fiat. Quarto possumus a signo arguere: quia in ministerio sacramentorum uti vase immundo, est irreverentia propter indecentiam, quae tanta esse possit, ut fieret mortale peccatum: ergo cum indecentia & immunditia peccati mortalis sit infinite maior, & concursus ministri sit propinquior, & excellentior, maior irreverentia erit, eum exhibere in peccato mortali: est ergo hoc sacrilegium & ex suo genere graue, quod tanto erit maius, quanto iniquitas ministri maior fuerit, & sacramentum dignius.

Obiectio.

Solutio.

Attritio per se non est facta ad hoc ministerium.

Atque hinc sequitur, sacerdotem ministraturum sacramentum, si in peccato mortali prius sit, non satisfacere huic obligationi, habendo attritionem. Poterit quidem per ignorantiam excusari, si ad hoc ministerium accedat cum sola attritione, inculpabiliter existimans illam esse contritionem, nam talis ignorantia excusat a culpa: tamen re ipsa ac per se loquendo, tenetur ad veram contritionem vel si attritionem solum in se agnoscat, tenetur confessionem premittere: quia tenetur ita se disponere, ut gratiam consequatur. Quo fit, ut si huiusmodi minister hinc teneatur ex officio ministrare sacramentum: illinc vero ita sit peccato affectus, ut nolit statum illum relinquere, necessarium sit forte perplexum, ut quidquid faciat, peccaturus sit: nam si sacramentum ministraret, erit sacrilegus, si non ministraret, erit iniustus, non soluendo sui officij debitum. Neque mirum, si, supposita malitia, perplexitas oriatur, quae simpliciter nulla sit, cum sit in potestate huiusmodi hominis exire a peccato. Neque est, quod aliquis ob rei difficultatem excusetur: quia contritio semper mortaliter possibilis cum diuino auxilio, quod omnibus praesto est. Quod si aliquis ob prauam consuetudinem vel proximam occasionem quam praemanibus habet, tam est obstinatus vel affectus peccato, ut vix possit relurgere, sibi imputet, & vel a ministerio sacramentorum ablineat, vel totam illam difficultatem vincat ac superet.

Sed quaeret aliquis: primo, an sit praecipuum praemittendi confessionem ante hoc ministerium, quando praecedit conscientia peccati mortalis. Aliqui affirmant, ut Marfil. in 4. quaest. 12. art. 1. part. 5. & insinuat Palud. d. 5. quaest. 2. circa finem ante solutiones argumentorum. Et suaderi potest, quia sacerdos tenetur ministrare sacramentum in statu gratiae: ergo tenetur moralem diligentiam facere, ut in eo statu constituat ad hoc ministerium: huiusmodi autem diligentia fit per confessionem, quam qui omittit videtur se se exponere periculo ministrandi in peccato mortali. Respondetur, esse hoc optimum con-

filium, non tamen esse simpliciter necessarium praecipuum, si sola ratio ministrandi sacramentum interueniat: hoc n. praecipuum non est diuinum positum, quia neque ex scriptura habetur, neque ex traditione: non est etiam Ecclesiasticum: quia nullum est de hac re scriptum decretum: neque etiam ex consuetudine colligi potest: neque etiam est naturale, ita ut ex sola institutione sacramentorum & ministerium possit sufficienti ratione colligi. Nam moralis diligentia, quam tenetur minister praemittere, ut se ad gratiam praeparet, sufficienter fit per contritionem, & quamuis maior sit illa, quae fit per confessionem simul cum contritione, tamen non est, cur obligemus illum ad summam diligentiam, cum illa prior sufficiat ad excludendum morale periculum, si homo bona fide procedat, & quod in se est, faciat. Et confirmatur, quia non est minor obligatio in recipiente sacramenta viuiorum accedendi in gratia, & tamen ex sola hac obligatione naturali non tenetur confessionem praemittere, sed haec obligatio est singularis in Eucharistia propter proprium & speciale praecipuum in illo sacramento impositum, ut suo loco videbimus. Et propter hanc causam addidi illam limitationem si sola ratio ministrandi sacramentum interueniat: quia sacerdos ad conficiendam Eucharistiam tenetur confessionem praemittere, non tam propter actuum ministerium (ut sic dicam) quam quia communicaturus est. Vnde si solum exerceat ministerium dispensandi Eucharistiam ex praedictis, non erit necessarium praemittere confessionem, sed contritio sufficiat. Atque hanc sententiam docent omnes auctores statim referendi.

Quari vterius potest circa eandem assertionem, An deus p[ro]p[ri]us anis qui ministrat sacramentum in peccato mortali, committat duo peccata. Vnum omissionis, quatenus non conuertitur, ad quod videtur teneri ex praecipuo affirmatio: alterum commissiois, quatenus iniuriam facit sacramentum illud in eo statu ministrando, quod videtur esse contra praecipuum negatiuum. Respondetur, vnicum tantum sacrilegij peccatum committere: quia tunc non habet proprie & absolute affirmatiuum praecipuum poenitenti, neque illa obligatio habendi contritionem tunc oritur ex virtute poenitentiae, sed religionis, quae obligat ad digne tractanda sacramenta. Est autem peccatum illud, proprie loquendo, peccatum commissiois: quia est indigna & sacrilega ministratio sacramenti: Omissio autem poenitentiae, quae ibi interuenit, non habet per se suam malitiam, sed est tantum circumstantia actus mali, & priuari circumstantijs debitis. Ita docent recentiores auctores, qui hanc quaestionem attigerunt, Dominicus Soto in 4. dist. 17. quaest. 2. art. 6. conclus. 4. circa finem. Petr. Soto lectio. 13. de necessitate poenitentiae. Nauarrus in summa c. 22. nu. 3. & de poenitentia dist. 5. princip. Annot. circa 3. par. gloss. n. 34. Cano relect. de poenit. par. 4. non longe a fine, qui aliter loquitur de sufficiente Eucharistia: sed haec exceptio ad praesentem disputationem non spectat.

Tertio quaeri etiam hic obiter solet, utrum diaconus, vel subdiaconus peccet mortaliter exercendo actum sui Ordinis in peccato mortali. Atque idem quaeri potest de quocumque ministro consecrato ad aliquod sacrum ministerium, illudque in peccato mortali exercente. In quo dubio D. Thom. in 4. dist. 24. quaest. 1. artic. 3. quaestiu. 5. generalem statuit regulam, scilicet peccare mortaliter eum, qui aliquod sacrum officium, quod sibi ex ordinatione competit, in peccato mortali exequitur: quia indigne tractat res sacras, & sacrilegium committit: sacrilegium autem ex suo genere mortale peccatum est. Sed, ut à clarioribus incipiamus, in inferioribus quatuor Ordinibus probabilis ac fere certum est, per se loquendo, non esse peccatum mortale, actus illorum Ordinum in peccato mortali exercere. Primo, quia illa materia

Præcipuum confessionem non est positum neque ex scriptura neque ex traditione: non est etiam Ecclesiasticum: quia nullum est de hac re scriptum decretum: neque etiam ex consuetudine colligi potest: neque etiam est naturale, ita ut ex sola institutione sacramentorum & ministerium possit sufficienti ratione colligi.

An deus proprius anis qui ministrat sacramentum in peccato mortali, committat duo peccata.

An, quatenus non conuertitur, ad quod videtur teneri ex praecipuo affirmatio: alterum commissiois, quatenus iniuriam facit sacramentum illud in eo statu ministrando, quod videtur esse contra praecipuum negatiuum.

materia leuis est, quia licet illi actus sint aliquo modo sacri, tamen sunt valde remoti à proprio ac perfecto actu sacrificiadi, vel ministrandi sacramenta, ad quem finem ordinantur. Secundo, quia non satis conlat, omnes illos Ordines esse vera sacramenta, sed probabilis opinio est, tantum esse quadam sacramentalia. Vnde Soto statim citandus etiam à culpa veniali excusat huiusmodi actum: quod fortasse frequenter ita verum est ex ignorantia, vel inaduerentia naturali: per se tamen nonnulla videtur esse illa irreuerentia, quando hoc ministerium fit publico & solemni ritu, tanquam à publico Ecclesie ministro, hoc enim modo est proprie actus Ordinis, ad quem est minister consecratus, & ideo non videtur posse omnino excusari à culpa, qui hoc ministerium indigne exercet in peccato mortali. Quod vero addunt Syluester, & Angel. statim citandi, peccare mortaliter clericum, qui tangit res sacras in peccato mortali, vt calicem, corporalia, &c. quoniam indigne vitur officio suo: hoc (inquam) incredibile est secluso contemptu, vel scandalo, aut alia simili extrinseca circumstantia, quia illa est materia leuis, & nullum potest afferri præceptum, vnde hæc tanta malitia colligatur, vt infra etiam dicemus de Eucharistia tractantes.

De aliis vero duobus ministeriis Diaconi, & subdiaconi est maior dubitatio: nam multi existimant hos peccare mortaliter canendo Epistolam, vel Evangelium solemnitè in peccato mortali. Ita tenet Angelus verbo, Clericus. 3. num. 1. Syluester. verbo, Clericus. secundo, num. 2. & idem sentit Caietanus 2. 2. quæst. 60. art. 2. in fine. Fundamentum est, quia illud ministerium est graue, & proxime accedit ad sacrificium, & ad illud digne exercendum datur specialis gratia per sacramentum. Vnde quo hæc omnia maiora sunt in diaconatu, quam in subdiaconatu, eo in illo erit hæc sententia verisimilior, atq; ita diaconis specialiter dicitur primæ ad Timoth. 3. vt ministrent, nullum crimen habentes, & huc sententia fauere videtur c. vlt. de temporibus ordinationum, supra citatum, vbi generatim prohibentur clerici iniqui in susceptis Ordinibus ministrare. Quod maxime intelligendum videtur de clericis in sacris ordinatis, vt colligi potest ex Greg. lib. 2. Epist. cap. 83. alias Epist. 4. 4. & habetur c. vlt. d. 33. vbi sic dicitur. Si in sacro Ordine constitutus, eius (id est concubinæ) permissione esse recolis maculatum sacerdotij honore deposito, ad ministrandum nullo modo presumas accedere. Atque hæc sententia probabilis est, & non facile contemnenda. Nihilominus contrariam tenet Soto in 4. dist. 1. quæst. 5. art. 6. & dist. 2. 4. quæst. 1. art. 4. circa finem: putat enim, illam materiam non esse adeo grauem, quoniam illa actio, que in hoc ministerio exercetur, non est illo speciali modo consecrata, & sanctificata, quo sunt actiones sacramentorum. Et hæc posterior sententia practice etiam probabilis est, & secuta, atq; in rigore vera: quia vbi non constat de præcepto, non est facile imponenda obligatio sub peccato mortali: hic autem non constat de præcepto positio. Nam illud caput vlt. de temporibus ordinationum, non condit circa hoc nouam legem positiuam, sed tantum explicat naturalem, dum ait, monendos esse huiusmodi malos sacerdotes, & sub interminatione diuini iudicij obtestandos, vt in susceptis Ordinibus non ministrent. Quanta vero, & quam grauis sit hæc transgressio ibi non explicatur, sed ex obiecto & materia diiudicanda relinquatur. At vero hæc materia de qua agimus, non videtur esse adeo grauis, vt ex natura rei censenda sit iniuria, vel sacrilegium graue huiusmodi actionem in peccato mortali exequi. Præsertim si semel tantum aut iterum hoc fiat sine scandalo, aut contemptu. Nam si quis animum habeat diu vel frequenter solemnitè ministrandi in his Ordinibus sacris in statu mortalis peccati: vel si hanc consuetudinem habeat, ita

Franc. Suarez Tom. 3.

vt huiusmodi animum moraliter habere censetur, non esset excusandus facile à peccato mortali, quia illud obiectum ita sumptum videtur satis graue, & illa consuetudo vel propositum videtur oriri ex quodam contemptu formali aut virtuali, & hoc saltem videtur indicari in citato capitulo.

Atq; hinc constat, quid dicendum sit de Presbytero vel Episcopo, non quidem administrante sacramenta: nam de hoc iam dictum est, sed exercente aliqua sacramentalia, vt de Episcopo, verbi gratia, dante primam tonsuram, vel consecrante Ecclesiam, aut vestes sacras benedicente, & similia. De quibus nihil inuenio quod satis certum sit: nec doctores satis distinctè hoc definiunt. Aliqui vero eorum aliquid attingunt. Medina enim Cod. de Pœnitentia, tractatu 1. quæst. 6. circa finem dicit, peccare mortaliter Episcopum, qui conficit Chrisma, benedicit Oleum, aut consecrat Ecclesiam in peccato mortali: quia illæ actiones videtur graues, & duæ priores videtur quodammodo sacramentales: quatenus per eas sacra-  
*De eo, qui exercet aliqua sacramentalia in peccato quid censendum.*

cratur materia sacramenti. Nihilominus per se loquendo, ac secluso contemptu, de quo paulo antea loquebar, in huiusmodi actionibus non interuenit peccatum mortale, sed veniale. Vnde D. Thom. hic artic. 6. quæst. 64. solum de ministerio sacramentorum, dicit esse peccatum mortale illud exercere in statu peccati mortalis: & in solutione ad primum, reddit specialem causam, quia illæ actiones sunt singulari modo consecratae. Atq; ita explicat hanc doctrinam Caietanus tom. 2. opuscul. tract. 10. atque in eandem inclinatur Soto, loco supra citato. Nam cum aliæ actiones, præter sacramenta, non sint ad sanctificationem per gratiam proxime ordinatæ, neque in eis se exhibeat sacerdos, vt minister Dei sanctificantis animam, non est tam grauis causa & ratio exigendi internam animæ sanctitatem ad eas exercendas, ergo illas in peccato efficere ex parte materiae, non videtur esse graue sacrilegium.

Hinc vero expediri solent hoc loco similes dubitationes breues, nimirum an peccet mortaliter Concionator, verbum Dei prædicans in mortali, vel Prælatum corrigens subditum, vel Iudex proferendo sententiam eodem statu. Et ratio dubitandi est, nam August. libr. 2. contra Parmen. cap. 11. in hac obligatione videtur facere pares, ministrum sacramentorum, & ministrum Verbi Dei: vnde D. Thom. in 4. d. 19. quæst. 2. art. 2. quæstion. 2. ad quartum, differentiam constituit, inter Doctorem seu Lectorem scripturæ, & Prædicatorem Verbi Dei: quod ille, non peccat mortaliter, etiam in peccato mortali si munus exerceat, nisi fortasse per accidens ratione scandali, quado est peccator publicus: hic vero mortaliter peccat concionando in peccato mortali, etiam si peccatum sit occultum. Et hanc sententiam sequutus est Caietanus hic quæst. 64. artic. 6. Et ratio eius est, quia munus prædicandi per se est annexum Ordini, & præcipue consecrationi Episcopali, nam licet ab aliis interdum exerceatur, non tamen ex officio. Vnde à laicis exerceri non potest, nisi ex dispensatione vel ob necessitatem, est ergo actio illa annexa Ordini: & alioqui est grauissima, & in ea præcipue operatur homo, vt Spiritus sancti organum: ergo grauis videtur fieri iniuria Spiritui sancto, tantum munus in peccato mortali obeundo. Nihilominus dicendum est, hoc non esse peccatum mortale per se loquendo, sic D. Tho. 2. 2. quæst. 33. artic. 5. dicit, non peccare mortaliter Prælatum, qui subditum ob peccatum non mortale corrigit, cum ipse vel eodem vel alio simili ligatus sit, retractans, quod docuerat in quarto, loco supra citato, & quæst. 60. art. 2. ad tertium, negat, peccare mortaliter Iudicem Ecclesiasticum, qui in statu peccati mortalis iudicium dicit, vel alios actus iurisdictionis exercet, qui non sunt speciali consecratione sanctificati. De actu vero prædicationis nunquam D. Thom. expresse retractauit, quod in

An concionas in mortali, peccet mortaliter.

quarto docuit: à paritate autem rationis credi potest ita sensisse. Quod tandem opinatus est Caietan. in dicto opuscul. 10. tom. 2. & idem tenet Soto in 4. dist. 1. quæstio. 5. artic. 6. & Medina dicto Codice de Pœnitentia, tract. 1. quæstio. 5. Ratio autem est sæpe insinuata: quia nulla est lex positiva diuina, vel humana, in qua possit huiusmodi obligatio fundari, neque etiam sola naturali ratione satis conuinci potest: nam in primis munus prædicandi, licet maxime pertineat ad pastores animarum, quia ratione officij & iurisdictionis ex diuino præcepto habent hanc curam & obligationem, vt indicauit Concilium Tridentinum, sessione 23. c. 1. de Reformatione, tamen proprie non est actus alicuius Ordinis, sed solum est quædam actio honesta, quæ ex suo genere pertinere potest ad charitatem, vel misericordiam, vel etiam ad iustitiam: potest autem actio exterior, etiam si ex obiecto sit optima & honestissima, sine peccato exerceri ab homine existente in habituali peccato. Nam, quod persona operans sit in gratia, non est circumstantia talis actionis, nisi quando speciali modo est sanctificata, & consecrata, vt de ministerio sacramentorum dictum est. Atq; hæc ratio eodem modo procedit de actu corrigendi, iudicandi, ac similibus. Hæc autem doctrina intelligenda est per se, ac præciue ex vi talis status: nam per accidens interuenire potest peccatum mortale, vel ratione scandali, quando peccatum est publicum: ratione cuius Verbum Dei quodammodo sit contemptibile, & inefficax, nam exemplum magis mouet, quam verbum: vel etiam ratione contemptus, vt si quis ex contemptu Verbi Dei, & fructus eius pro nihilo ducat in eo statu prædicare: Vel deniq; si tale peccatum non solum sit defectus ipsius personæ, sed etiam redundet, & insinat in ipsum actum prædicationis, abutendo concione (vt Caiet. inquit) tanquam prophana declaratione, in qua doctrina fere conueniunt citati auctores.

#### SECTIO IV.

*Verum qui ministrat sacramentum, cum non sit ad hoc munus ex officio deputatus, teneatur illud ministrare in statu gratiæ.*

**P**rima sententia affirmat, esse huiusmodi præceptum & obligationem, atque adeo peccare mortaliter eum, qui quauis occasione, aut quouis modo sacramentum quodlibet in peccato mortali ministrat. Ita refert Durand. in 4. dist. 5. quæst. 2. nu. 6. qui licet dicat, durum esse, hanc obligationem imponere, solum tamen videtur excusare huiusmodi ministrum, quando necessitas est in causa, vt ipse non aduertat statum conscientiæ suæ. Quæ ratio communis est cuilibet ministro consecrato etiam ex officio ministranti, vnde non tollit obligationem per se, atq; in hoc videtur etiam inclinare Palud. ibi. q. 2. art. 2. & Capreolus ibi, quæst. 1. art. 1. conclus. 4. & art. 3. in defensio. eiusdem conclusionis, & Adrianus q. 3. de Baptismo. 2. parte illius in fine, licet non satis explicet mentem suam & similiter Angelus in summa, verbo, Baptismus. 5. num. 10. dicit, eum, qui baptizat ob necessitatē sine solemnitate in peccato mortali non peccare mortaliter, si non aduertit, & considerat statum suum: vnde indicat, si aduertat teneri ad contritionem præmittendam. Non tamen explicant hi auctores: an huiusmodi homo, per se loquendo, teneatur aduertere, & discutere conscientiam, vt in statu gratiæ conferat sacramentum, & non in alio: si tamen consequenter loquantur, hoc videntur esse dicturi, quia, si quando aduertit huiusmodi homo se esse in peccato mortali, teneatur se ad gratiam præparare, vt digne ministret: ergo simpliciter ac per se ad hoc tenetur: nam aduertentia hæc non ponit obligationem ministrandi in gratia, sed supponit illā. Qua

posita, ex vi illius tenebitur homo considerare, an sit debito modo dispositus ad sacramentum ministrandum. Atque ita explicata hæc sententia, iuxta illam nulla erit differentia inter ministrum consecratum vel non consecratum, solemniter aut priuatim, ex officio vel ob necessitatē ministrantem. Et pro eadem sententia solet referri Nauarrus de Pœnitentia distinctione quinta, in principio, nu. 33. quia sine limitatione dicit esse peccatum mortale, ministrare sacramentum in statu peccati mortalis. Atq; eodem modo loquitur de ministrante Baptismus in summa cap. 22. num. 6. ibidem tamen numer. 3. cum dixisset, peccare mortaliter eum, qui in peccato mortali sacramentum ministrat, limitationem addidit saltem solemniter. Potest autem hæc sententia suaderi primo, argumento Durandi, Quia nullus ministrat sacramentum etiam si laicus sit, & in necessitate ac priuatim ministrat, quin illud faciat vt minister Christi ad hoc institutus: ergo tenetur illud in gratia ministrare, cum semper possit se disponere, & saltem contritionem præmittere. Consequentia probatur, quia est eadem radix obligationis, nempe sanctitas actionis sacramentalis, & reuerentia illi debita, ac principali agenti, cui conformari debet minister, qui, vt minister eius operatur. Antecedens autem probatur, quia implicat aliquem operari sacramentum, & non operari illud, vt ministrum Christi. Tum quia necesse est, Christum esse, qui principaliter confert sacramentum & effectum eius: ergo necesse est, omnem illum, qui sacramentum confert, id facere, vt ministrum Christi. Tum etiam, quia nullus potest conferre sacramentum, nisi à Christo habeat potestatem, & ab eo institutus sit ad illud ministerium, quia omnia, quæ sunt de necessitate sacramenti, quorum vnum est minister, oportet vt sint à Christo instituta: ergo semper, qui dat sacramentum, operatur, vt minister Christi.

Secundo argumentor, quia si tunc cessat hæc obligatio, vel id est ob necessitatē suscipientis, vel ob defectum solemnitatis Ecclesiasticæ, vel quia minister priuatim dans sacramentum, nõ est ad hoc munus specialiter consecratus. Sed ex nullo istorum capitum sumitur sufficiens ratio: ergo. De Primo res est clara, quia necessitas suscipientis non impedit, quo minus sancta sancte tractari debeant: alias sacerdos baptizans solemniter infantem iam iam animam agentem, non teneretur in gratia sacramentum illud ministrare, & similiter sacerdos ministraturus sacramentum Pœnitentiæ, aut Eucharistiæ huiusmodi existenti in necessitate & extremo mortis periculo, non teneretur in statu gratiæ, id agere: quæ omnia sunt aperte falsa ex omnium sententia: ergo necessitas suscipientis non excusat. Neq; est vlla ratio, cur excuset, cum illa non obstat, quo minus minister possit se præparare, & debito modo fungi officio suo. De secundo capite, scilicet solemnitate Ecclesiastica videtur etiam res clara: tum, quia illa solemnitas est accidentaria: obligatio autem sancte ministrandi sacramentum est per se, & intrinsece oritur ex substantiali ritu, & sanctitate ipsius sacramenti. Vnde in antiqua Ecclesia, quando initio dabatur sacramentum, verbi gratia, Baptismi, solo simplici ac essentiali ritu, non erat minor obligatio ministrandi illud in statu gratiæ, quam nunc fit, vt patet ex omnibus rationibus factis sectione præcedenti, quæ absolute procedunt ex vi ipsius sacramenti, & substantiæ eius, seclusis his circumstantijs. Eo vel maxime, quia hæc ceremoniæ accidentariæ parum addunt sanctitati & grauitati ipsius sacramenti, nõ ergo potest ex eis oriri obligatio sub mortali culpa, si ex vi solius sacramenti non oritur.

Dices, non oriri ex solis ceremonijs ab Ecclesia adiunctis, sed ex sacramento coniuncto talibus ceremonijs, nam hoc totum aliquid maius est, quam sacramentum nudum. Sed hoc non satisfacit, nam

Probatur  
hæc sententia  
primò.

cum tota hęc solēnitās accidentalīs, sit veluti extrinseca, & per se non attingat sanctificationem animę, & non fiat à sacerdote, vt ab inītrūmēto Christi, eo modo quo fit sacramentum, nō videtur illa per se postulare ministri sanctitatem, vt sine peccato fiat: ergo, si sacramentum per se ad hoc nō obligaret, propter solēnitatem illam adiunctā, hanc obligationem nō induceret. Vnde, si sacerdos ministraturus solēniter Baptismū, inciperet in peccato mortali cęremonias eius peragere, cum proposito tamē procurandi contritiōe, & habendi illam, priusquā substantiam sacramenti perficeret, non videtur peccare mortaliter, etiā si omnes exorcismos & alia quę præcedunt, in peccato mortali faciat dūmodo, prius quam abluat, & verba formę proferat, conteratur: e contrario vero ministrās sacramentum Pœnitentię in peccato mortali, mortaliter peccat, quamuis ibi nulla fere sit solēnitās, nec accidentalis ritus. Et idē fere est, in dispensatione Eucharistię ex præconsecratis. De tertio capite, scilicet, consecrationis ministri, q̄ nec illud etiā ad excusandum sufficiat, patet: quia hęc obligatio per se nō oritur ex consecratione ministri, sed ex sanctitate sacramēti, & principalis agentis, qui est Christus, & reuerentia illi debita, quam non minus debet minister, non consecratus, quam consecratus, & facile potest illam exhibere, cū possit se ad gratiam preparare. Vnde licet in hoc genere fortasse magis peccet, per se loquendo, minister consecratus in hoc delinquens, propter sanctiorem statum quem habet, & maius auxilium: non est tamen cur alius omnino excusetur, cum ipse etiā sit minister Christi. Et confirmatur, quia alias contrahentes Matrimonium in mortali peccato, non peccarent mortaliter, sacramentū illud in peccato ministrando, & sacerdos quando cūq; aliquid ageret, ad quod non esset per se necessaria consecratio, non teneretur in gratia id operari. Et ita licet dispensare Eucharistiā in peccato mortali, non peccaret mortaliter, dūmodo illam nec conficeret, nec fumeret: quia ad illud ministerium non est necessaria consecratio, cum fieri possit à Diacono, vel etiā ab inferiori clerico, vel laico in necessitate.

Causa.

Nihilominus dicendum est, eum, qui ob necessitatem priuatim ministrat sacramentum, non vt minister ex officio, sed eo modo, quo laicus potest illud ministrare, non teneri se preparare ad gratiam, vt illud ministret, & consequenter nec peccare mortaliter, illud ministrando in peccato mortali, siue suum statum aduertat, siue non. Hęc est sententia D. Th. hic quęst. 6. art. 6. ad 3. & in 4. distin. 24. quęst. 1. ar. 3. quęst. in c. 7. R. R. char. in 4. distin. 5. ar. 3. q. 3. Syluestri verbo Baptismus, n. 4. Caietani & Soto hic, & fere nullus ex authoribus in prioris sententia citatis ausus est eam simpliciter docere. Fundamentum huius sententię est, quia hęc obligatio iūb peccato mortali, disponendi se ad gratiam, propter sacramentum coniciendū, non oritur ex sola sanctitate sacramenti per se considerata: neq; ex eo, quod Christus in eo opere est principalis operans: sed præter hęc, quę multum ad hanc obligationem conferunt, oportet adiungere, quod is, qui dat sacramentum, in ipso modo ministrandi se gerat, vt persona specialiter & ex officio deputata & consecrata ad illud munus: atque adeo, quod in eo opere se exhibeat publicum Christi, & Ecclesię minister. Ratio autem huius est, quia cūq; huiusmodi minister per se & ex officio fit ad hoc munus institutus, & spiritualia subsidia recipiat accommodata ad hoc munus pro dignitate exercendum, ideo merito obligatur, vt cūq; debita dispositione & sanctitate id faciat, & ideo quando aliter facit, grauem irreuerentiam & inordinationem committit: at vero quando priuatē personę permittitur sacramentum dare ob necessitatem, non tam illi commissa censetur administratio sacramenti, quam concessa, vt subueniat necessitatem patien-

ti, & ideo non debuit tantum onus illi imponi, sed satis est, quod sine contemptu, & cum debita fide, & exteriori reuerentia sacramentum ministraret: tunc enim cessat illa specialis de formitas, quia huiusmodi ministro solum, veluti per accidens permittitur tale ministerium. Confirmatur, quia hęc obligatio disponendi se ad gratiam propter sacramentum ministrandum non est tam clara & euidentis, vt extendi debeat sine magno fundamento, & non potius restringi: ergo satis est, si eam admittamus in his ministris, qui per se & ex officio ad hoc sunt consecrati, præsertim cum decreta Ecclesiastica, quę hanc obligationē declarant, de his solum ministris loquantur, & naturalis ratio, in qua potissimum hoc præceptum fundari debet, iudicio sapientum in his habeat specialio rem vim, quam in alijs.

Ad fundamentum ergo Durandi respondetur, laborare in æquiuoco: verum est enim nullum posse ministrare sacramentum, nisi ex institutione Christi, & virtute eius: nihilominus tamen quidam sunt per se & ex officio ad hoc munus deputati & consecrati: & hos vocamus ministros ex officio, & propria Christi instrumenta, quibus incumbit specialis obligatio se conformandi in sanctitate suo principali agentis, cuius vicem gerunt. Alij vero, quibus solum ex accidenti & ob necessitatem hoc munus permittitur, nō grauantur hoc onere, quia per se ad illos nō pertinet hęc cura, & administratio. Ad secundum argumentum concedo, ex primo & secundo capite non sumi sufficientem rationem, sed potissimum ex tertio: vt declaratum est, nec ratio ibi facta contrarium suadet, nam licet hęc obligatio oriatur ex sanctitate sacramenti, & principalis agentis, tamen non oritur respectu cuiuscunque, sed respectu illius, qui per se est ad hoc munus deputatus & consecratus, nam licet omnes teneantur debitam reuerentiam sacramento exhibere, & auctori eius: non tamen idem

modus reuerentię ab omnibus exigitur, sed ab vnoquoque iuxta capacitatem & statum suum. Ad confirmationem, quoad priorem partem de ministro sacramenti Matrimonij posset negari sequela & dici: in illo sacramento ipsos contrahentes esse per se, & ex primaria institutione ministros illius, & ideo nō solum recipiendo, sed etiam ministrando illud in peccato mortali, grauer peccare. Secundo vero responderi potest cum Soto in 4. distin. 1. quęst. 5. ar. sexto, in vltimis verbis, concedendo sequelam: quia illi non sunt ministri consecrati ad illud munus, sed solum illis concessum est necessitate quadam: quia oportuit, materiam & formam sacramenti in ipso: contractū constitui: contractus autem fieri non poterat, nisi per consensus exprellos ipsorum contrahentium. Si ergo in peccato mortali contrahant, peccant grauer, sacramentum indigne recipiendo, & illius effectui obicem ponendo: non tamen proprie ministrando. Neque etiā peccat sacerdos, qui assit vt Ecclesię ministret, & contrahentes benedicit, etiā si hoc faciat in statu peccati: quia ille non ministrat sacramentum, sed solum adhibet accidentalem cęremoniam, vt notauit Paludanus in 4. dist. 5. q. 2. nu. 22. Ad aliam partem illius confirmationis distinguendum est, quid sit, consecrationem nō esse per se necessariam ad aliquem actum, si enim dicitur non necessaria, quia sine illa potest interdum ille actus fieri validē, & cum fructu: in hoc sensu negatur, ex dictis sequi, omnē actionem ad quam non est simpliciter necessaria consecratio, posse à sacerdote licite fieri extra statum gratię: alioquin etiā posset sacerdos licite baptizare solēniter in statu peccati. Alio ergo modo dicitur consecratio per se necessaria ad aliquem actum, vel dispensationē sacramenti, quia, per se loquendo, minister consecratur ad illum actum seu ministeriū, quod propterea exerceri non potest tanquam à ministro publico, nisi ab eo, qui est ad illud consecratus: & hoc modo non solum confi-

Quoad peccatum in mortali contra bene matrimonij.

Ministratio Eucharistię in mortali peccato est.

cere, sed etiam dispensare Eucharistiā per se fit à ministro consecrato: & ideo, si in peccato mortali fiat, graue peccatum erit: vt inferius latius suo loco dicemus cum D. Th. infra q. 82. art. 9. vbi absolute dicit, esse peccatum mortale ministrare illud sacramentum in peccato mortali, quamuis Paludan. supra excipiat casum necessitatis, de quo ibi videbimus.

Atq; hinc aperte sequitur, peccare grauter sacerdotem, qui sacramentum Poenitentiae ministrat in peccato mortali, etiam si suscipiens sit in quacunque necessitate, quia semper ille actus est proprius Ordinis sacerdotalis, & necessitas suscipiens est impertinens ad excusandum, vt recte probat argumentum supra factum: & omnes Theologi vno ore fatentur. Atque idem maiori ratione dicendum est de ministrante Extremam Vnctionem, Confirmationem, aut Ordinem, quae sunt sacramenta minoris necessitatis, & proprii actus Ordinis sacerdotalis. Aut Episcopalis consecrationis. De sacerdote vero ministrante Baptismū sine solemnitate in casu necessitatis, potest esse nonnulla dubitandi ratio, quia licet in modo ministrandi, ita ministrare videatur sicut laicus posset ministrare, nihilominus ratione suae consecrationis habet speciale ius ad illud munus: propter quod praferendus est cuius alteri, videtur ergo se gerere vt minister ex vi consecrationis ad id deputatus. Nihilominus D. Tho. supra, quem alij sequuntur, idem sentit de sacerdote, quod de laico eo modo baptizante, quia reuera tunc non baptizat, vt minister ex officio, sed subuenit necessitatem patienti, eo modo quo laicus posset illud facere. Quod autem sacerdos sit praferendus laico in eo ministerio, non est sufficiens signum, quod opereatur vt minister ex officio, quia etiam vir est praferendus feminae, & clericus in quouis Ordine constitutus laico, quia ad reuerentiam sacramenti hoc spectat, & quia in vniuersum rerum spiritualium administratio ad sacerdotes pertinet. Maior posset esse dubitatio, si extra casum necessitatis, sacerdos baptizaret paruulum priuatim, eodem modo, ac si esset in necessitate constitutus. Dicendum vero est, tunc peccare quidem grauter, vel vsurpando ius, ad baptizandum, quod non habet, vel baptizando modo indebito, iuxta ea quae dicimus sectione sequenti: tamen supposito hoc peccato, non committere speciale peccatum mortale ex eo, quod nō se praeparet ad gratiam, vt sic ministrat, quia de facto hic & nunc non se gerit, vt ministrat ex officio, & ideo de facto cessat alia obligatio, quamuis hoc ex culpa nascatur.

#### SECTIO V.

*Vtrum teneantur ministri sacramentorum in sacramentis ministrandis Ecclesiasticum ritum seruare, & quomodo in hoc peccent.*

**H**aec sola dubitatio superest, circa obligationes ministrorum, quae in ipsis absolute considerantur sine respectu ad suscipientem. In qua non est sermo de ritu substantiali à Christo instituto. De quo in secunda sectione diximus. Sed de accidentali ab Ecclesia superaddito. De quo haeretici huius temporis, qui non omnino rejiciunt has caeremonias, vt superstitiosas, ad summum illas admittunt, vt voluntarias, & non necessarias. Quia intolerabile (inquiunt) est, de his humanae praecipua tradere, & legem libertatis, contra Ecclesiasticam potestatem à Christo traditam, & contra vsum ac traditionem eius. Est etiam hic error contra naturalem rationem, quia in omni re publica necessarium est, vt in rebus sacris tradendis seu perficiendis sit aliqua forma praescripta, vt cum debito honore ac reuerentia fiant.

*Conclusio.* Quapropter dicendum est primo, esse in Ecclesia praecipuum ministris sacramentorum impositum, vt ea non ministrant, nisi seruata solemnitate & cae-

remoniis ab Ecclesia institutis. Conclusio est de fide definita in Concilio Tridentino, sessione septima, canone ultimo, de sacramentis in genere. De qua multa diximus supra, disputatione decima quinta: vbi ostendimus, esse in Ecclesia hanc potestatem. Quod vero hac potestate fuerit Ecclesia via tradendo hoc praecipuum, ex ipsa consuetudine conitit, & ex sensu omnium fidelium, & ex multis decretis, quae suis locis afferemus. Hoc enim praecipuum non est vnum generatim datum de omnibus sacramentis, seu caeremoniis eorum, sed est obligatio coniuergens ex variis praecipuis latis in singulis sacramentis, iuxta modum, & ritum vnicuique proprium.

Dico secundo, Contemptum huius praecipui semper esse peccatum mortale, transgressionem vero eius absque contemptu, non semper, sed pro materia grauitate. Hoc conitit ex generali doctrina de omnibus praecipuis, quae hic est specialiter applicanda. Et prudenter est discernendum, quid sit contemptus: Proprie enim in praesenti materia, si quis negligere aliquas Ecclesiasticas caeremonias obseruare in sacramentorum administratione, existimans illas esse vel omnino superfluas, vel impertinentes, aut aliquid huiusmodi, ille proprie diceretur, contemnere caeremonias Ecclesiasticas, & grauter peccaret, etiam si leuiore caeremonias hoc animo negligere, quia magnam faceret iniuriam Ecclesiae: atque indigne de spiritu, quo huiusmodi caeremoniae institutae sunt, sentiret. Si autem aliquis negligens sit in huiusmodi caeremoniis, solum ex quadam fragilitate, quamquam sciens & videns faciat, non diceretur proprie contemnere, etiam si foras se huiusmodi culpam leuiorem reputet, & ideo frequenter & facile illam committat. Non excusabitur tamen à graui culpa, si caeremonias praecipuas, & consuetudine Ecclesiastica receptas, hoc modo omittat in graui materia, quia praecipuum hoc ad virtutem religionis pertinet, cuius obligatio ex suo genere grauis est. Quae autem sit in hoc negotio censenda materia grauis quae vero leuis, prudenti arbitrio relinquendum est, potius quam certa regula definiendum: & in singulis sacramentis id explicabitur commodius. Generaliter tamen aduertere possumus, caeremonias institutas propter sacram significationem esse grauiore, & culpabilius omitti, quam quae propter solam ornatum & decentiam quandam institutae sunt: & eadem proportione, quarum significatio est altior, grauiore censentur, praesertim si cum significatione habeant aliquem spirituale effectum. Ex his vero, quae ad decentiam pertinent, circumstantia loci, & temporis praescripti, per se loquendo, solent graues existimari, quia haec circumstantiae multum spectant ad exteriorem ornatum, & publicam solennitatem & existimationem, quod in his circumstantiis plurimum obseruandum est. Addendum denique est, hanc obligationem esse humanam: & ideo, per se loquendo, minorem esse, quam quae oritur ex diuino praecipuo: & interdum posse cessare ob necessitatem urgentem, sicut patet in Baptismo. Quomodo autem in caeteris sacramentis hoc obseruandum sit, in proprijs locis dicemus.

#### DISPUTATIO XVII.

*De praecipuis pertinentibus ad eos, qui sacramenta suscipiunt.*



**H**aec disputatio erit breuissima, quia de hac obligatione in genere sumpta pauca auctores dicunt. Possumus autem illam ad duo capita reuocare: vnum est de obligatione vtendi, seu suscipiendi sacramenta: aliud de obligatione pertinente ad modum illa recipiendi.

SE-

*Sacerdos baptizans in peccato sine solemnitate, non peccat.*

*Utrum sacramentorum usus sit in præcepto.*

Superius in Commentario articuli quarti, questionis sexagesimæ quintæ, duplicem necessitatem sacramentorum distinximus: medij videlicet, & præcepti, priorem ibi explicauimus, posteriorem vero in hunc locum remittimus. Quia vero præcepta dantur de actibus in particulari seu in specie, hic vero de sacramentis in genere disputamus, pauca possunt de huiusmodi necessitate proueniente ex præcepto in genere dici.

*Obligatio præcepti duplicis.*  
Breuiter ergo aduertendum est: duplicem posse intelligi obligationem præcepti: vna est per se, altera per accidens seu propter aliud. Prior est, quando sacramentum absq[ue] alio extrinseco sine propter suam utilitatem seu effectum, præceptum est, quomodo est necessarium confiteri semel in anno, aut communicare in Paschate: posterior obligatio intelligi potest, si contingat usum sacramenti esse necessarium ad extrinsecum finem, vt verbi gratia, ad vincendam tentationem, vel vitandum scandalum, vel subueniendum proximis, aut aliquid huiusmodi.

*De sacramentorum usu, dicimus quibus manent iure præceptum.*  
Dicendum est ergo primo, Sacramentorum usum, tam diuino iure, quam Ecclesiastico præceptum esse. Hac assertio eodem fere modo explicanda est, quo necessitatem medij declarauimus. Non est ergo intelligenda distributiue, sed indefinite: non enim nunc definire volumus questionem illam, an omnia sacramenta præcepta sint diuino iure vel Ecclesiastico, quæ in quibusdam clara est: in aliis magnam habet difficultatem. De Baptismo enim certa res est, impositum esse illius præceptum omnibus adultis, qui soli sunt præcepti capaces: & eadem certitudo est de sacramento penitentiae, respectu eorum, qui post Baptismum mortaliter peccauerunt, nam utrumq[ue] ex his sacramentis, est medium necessarium ad salutem: at vero præcepta potissimum dantur de his medijs necessarijs, vel potius ipsamet necessitas medij in huiusmodi actibus aduulorum, necessario supponit præceptum, vt supra tetigimus. Et hoc satis effert ad veritatem conclusionis positæ: quia vt indefinite verum sit, usum sacramentorum esse in præcepto, satis est, quod aliqua sacramenta sint in præcepto. Vtra hæc vero certum etiam est, usum Eucharistiæ esse in præcepto, & de Ecclesiastico quidem, de fide est: de diuino autem res est controuersa: quamuis probabilior sit sententia, quæ id affirmat. De Confirmatione vero & Extrema vnctione, utrumq[ue] est dubium: vt suis locis tractabimus. Tandem de Ordine, & Matrimonio constat, non esse data præcepta, quæ singulos obligent regulariter aut moraliter loquendo: quia hæc sacramenta nec singulis necessaria sunt, nec propter utilitatem singulorum sunt per se instituta: est tamen in Ecclesia præceptum, communitatē obligans, ne in ea desint sacerdotes: nec Christiana coniugia, ad conseruandam ipsam Ecclesiam necessaria. Atque ex his potest facile reddi generalis ratio conclusionis: nam sacramenta instituta sunt à Christo, vt animarum medicinæ, & remedia valde necessaria ad salutem fidelium, & conuenientem totius Ecclesiæ gubernationem: ergo oportuit illis adiungi præceptum.

*Obligatio ad usum sacramentorum sepe potest ab obligatione abstrahi.*  
Dico secundo: Huiusmodi sacramentorum usum sepe posse cadere sub obligationem ex fine vel circumstantia extrinseca, etiam tunc, quando proprium sacramentorum præceptum non obligat. Probatur: quia licet sacramenta habeat proprios & quasi intrinsecos fines, propter quos præcipi possunt, tamen etiam possunt esse valde utilia, vel moraliter necessaria ad alios fines per accidens occurrentes: ergo potest in ea cadere obligatio, quasi extrinseca, seu per accidens. Exemplis res facile declaratur: nam fieri potest, vt aliquis tentatione aliqua vrgente, teneatur ad illam vincendam vel confiteri, aut

communicare, si diuturna experientia moraliter certus sit, solere se à tentatione superari, quando huiusmodi remedium omittit. Item ad communionem dandam proximo in necessitate existenti, potest obligari sacerdos, vt Eucharistiam conficiat: & consequenter, vt ipse communique. Quod si conscientiam peccati mortalis habeat, ex consequenti obligabitur confiteri, & sic de alijs. Ex quibus exemplis intelligere licet, hanc obligationem, quam per accidens vocamus, oriri ex illa virtute, ad quam pertinet actus, propter quem usus sacramenti existimatur necessarius, vt si sit ad vincendam tentationem libidinis, erit obligatio ex castitate: si ad subueniendum proximo, erit ex charitate: & frequentius oritur hæc obligatio ab hac virtute, quæ vniuersalis est. Interdum vero, licet raro, potest oriri ex iniustitia, vt in parocho, qui tenetur Missam facere, vt omittam obligationem valde extrinsecam, quæ ex voto oriri potest. Denique hinc etiam intelligitur, quando obligatio recipiendi sacramentum est huius posterioris generis, omisionem eius non esse speciale peccatum religioni sacramentorum contrarium: quale erit, quando omittitur proprium præceptum sacramenti, sed esse peccatum vel circumstantiam peccati contrarij illi virtuti, vnde orta est obligatio, vt si orta est ex necessitate vincendi tentationem carnis, omisionem sacramenti habebit malitiam castitati contrariam: quia vel ea occasione homo lapsus est, vel morali periculo se exposuit: si vero ratio obligationis fuit proximi necessitas, omisionem eius erit contra misericordiam. Atque in his casibus & similibus, omisionem hæc non est peccatum distinctum ab illo, quod contrarium est virtuti, vnde obligatio oritur: sicut in simili dictum est, disputatione præcedenti sectione tertia.

## SECTIO II.

*Utrum grauius peccent, qui sacramenta indigne recipiunt.*

In modo recipiendi sacramenta duo possunt considerari. Vnum est ex parte ipsius sacramenti, scilicet, quod vere, integre, & cum debitis circumstantiis fiat: aliud est, ex parte effectus sacramenti: & consequenter ex parte dispositionis suscipientis, quæ ad effectum est necessaria.

Dicendum est ergo primo, hominem, qui sacramentum suscipit, obligari ex præcepto ad exhibenda ea omnia, quæ ex parte illius necessaria sunt ad valorem & substantiam sacramenti: & ad eas etiã circumstantias, quæ vel ex natura rei, vel speciali Ecclesiæ præcepto necessaria sunt ad decentem modum recipiendi sacramentum. Tota hæc conclusio est fere ex terminis euidentis. Et prior quidem pars constat ex dictis in simili de obligatione ministris. Nam cooperatio suscipientis est in suo genere necessaria, vt sacramentum fiat: ergo tenetur ipse adhibere suum concursum necessarium, alioqui nõ esset sacramenti susceptio, sed illusio & irritio sacramenti, grauisq[ue] & iniuriosa Ecclesiæ deceptio. Hic autem concursus generalis omnibus sacramentis est, quod recipiens habeat intentionem debitam formalem, vel virtutalem recipiendi sacramentum: tenetur ergo ex præcepto illam habere, & grauius peccaret, si absq[ue] tali voluntate accederet. Deinde huc spectat, vt nullus accipiat sacramentum, cuius est incapax: vt si foemina veller ordinari, aut Professus, vel Ordinatus in facris, vxorem ducere, aut homo sanus vngi. Nam in his & similibus casibus sit speciale peccatum sacrilegij contra reuerentiam debitam sacramento. Præterea, quando recipiens adhibet aliquem concursum actiuum, ex vi huius obligationis, tenetur ita illa exhibere, vt sacramentum fiat, vt in sacramento Penitentiae debet integre confiteri, & cum dolore: in sacramento Ordinis debet tangere calicem, verbi gratia, &

*Cuius generis sit talis obligatio, & eius omisionem.*

*Quæ necessaria sunt ad substantiam sacramenti, & ad decentem modum recipiendi, adhibere tenetur recipiens.*

tia, & nunc in sacramento Matrimonij tenetur non exhibere consensum, nisi coram parcho & testibus. Posterior pars per se etiam satis clara est. Nam supposita sacramenti sanctitate & religione, ipsa ratio naturalis dicit esse decenter, & cum debita veneratione suscipiendum. Leges autem Ecclesiasticæ, quæ ad ritum sacramentorum pertinent, quamuis precipue ad ministros attineant, interdum vero recipientes per se obligant, vt verbi gratia: quod ieiuni communicent, & si quæ sunt similes. Imo præcepta, quæ de his ritibus ministris imposita sunt, possunt quodammodo redundare in recipientes, quatenus non debent sacramenta suscipere, nisi à ministris, qui debito modo & seruato Ecclesiastico ritu ea dispensent, quamuis hæc obligatio ea solum ratione possit recipientes obligare, qua tenentur participare nec communicare alieno peccato, nec ministrum ad peccandum inducere: quia per se & directe hæc cura ad eos non pertinet: & ideo de hac obligatione iudicandum erit iuxta principia & regulas, quas disputatione sequenti trademus.

*Suscipiens sacramentum debet esse ita dispositus, vt sit capax effectus principalis.*

Dico secundo, recipientes sacramentum tenetur ita dispositus ad illud accedere, vt sit capax principalis effectus eius, qui est gratia sanctificans: cui effectui obicem ponere, semper est peccatum mortale, nisi propter ignorantiam inuincibilem aliquis excusetur. Conclusio est cetera ex communi Theologorum doctrina, & vniuersali Ecclesiæ consensu. Quod enim ait Paulus de Eucharistia I. ad Cor. II. Qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ad omnia sacramenta applicari potest. Nam qui indigne illa sumit, non diiudicat inter ea & elementa vacua & egena. Atque hinc sumitur ratio conclusionis. Prima, quia cum hæc sacramenta sine instituta, vt sunt efficacia gratiæ signa, qui illa recipit, ponendo obicem huic effectui, quantum in se est, inanem & fallam reddit eorum significationem: & ideo graue sacrilegium committit. Secunda, quia sancta debent sancte tractari: & ideo si in dante hæc sacramenta gratia postulatur, multo magis in recipiente: quia propinquius, & (vt ita dicam) intimius concurrat ad sacramentum, cum ipsi quodammodo adhaereat, & in ipso recipiatur.

*Gratia non est in omnibus sacramentis dispositio necessaria.*

Sed obseruanda sunt nonnulla circa hanc doctrinam. Primum enim non dixi teneri, qui sacramentum recipit, ad accedendum in gratia, sed ad accedendum ita dispositum, vt effectum gratiæ possit recipere: quoniam dispositio gratiæ non est in omnibus sacramentis ex præcepto necessaria: nam illa, quæ instituta sunt ad dandam primam gratiam, quæ dicuntur sacramenta mortuorum, scilicet, Baptismus, & Pœnitentia, non prærequirunt gratiam, vt dispositionem, quia non debent necessario præsupponere effectum ad quem ordinantur. Solum ergo requirunt talem animi dispositionem, seu dolorem de peccatis, qui ad obicem gratiæ tollendum sufficit: & tunc non dicitur proprie aliquis recipere sacramentum in peccato mortali, quia licet toto antecedenti tempore sit in eo statu, tamen in instanti, in quo sacramentum consummatur, ac perfecte recipitur, ipse recipientes iustificatur, & significatio sacramenti vera efficitur. In aliis vero sacramentis viuorum, quia per se ordinantur ad gratiam augendam, roborandam, ac iuuandam, ideo prærequirunt gratiam, & illa dispositio est ex præcepto necessaria, vt non ponatur obex effectibus talium sacramentorum. Quæ doctrina sumitur ex D. Tho. infra q. 79. art. 3. ad 2. & q. 30. art. 4. ad 2. & in singulis fere sacramentis ex professo declarabitur. Secundo locutus sum de effectui gratiæ sanctificantis. Quia licet sacramenta habeant alios effectus illis obicem ponere, licet interdum possit esse aliqua culpa: tamen per se loquendo ac secluso contemptu, non est peccatum mortale, vt verbi gratia, Baptismus præter effectum gratiæ, habet

alium remittendi totam pœnam: cui ponet aliquis obicem, si accedat cum complacentia aliquorū peccatorum venialium, in quo tamen non peccabit mortaliter. Similiter actualis deuotio est effectus Eucharistiæ, cui ponet quis obicem, si ad communicandum imparatus & distractus accedat: non tamen peccabit mortaliter, dummodo accedat sine conscientia alterius peccati mortalis, & sic de alijs. Et ratio est, quia per huiusmodi obicem simpliciter non redditur falsa significatio sacramenti, cum sacramentū vere efficiat gratiam, quam significat: nec recipitur in subiecto indigno cum sit per gratiam sanctificatam. Igitur si aliqua intercedit irreuerentia, leuis est culpa. Omitto effectum characteris: quia huic non potest recipiens obicem ponere, si velit sacramentum verum accipere, & ideo obligatio non ponendi obicem huic est tui non est distincta ab obligatione habendi debitam intentionem suscipiendi sacramentum: de qua præcedenti sectione dictum est. Atque eadem ratio est de quibusdam alijs effectibus, qui vel non pendunt ex speciali dispositione recipientis, præter statum gratiæ, vel non statim dantur, sed temporibus opportunis, vt sunt verbi gratia, sanitas corporis in Extrema Vnctione, actuale auxilium in Confirmatione, Matrimonio, aut Ordine: & similes ad quos vix cognoscitur, quæ sit dispositio necessaria ex parte recipientis, aut quando, vel quomodo illis ponatur obex.

## DISPUTATIO XVIII.

*De obligatione non cooperandi indigne danti, vel recipienti sacramentum.*



Attenu diximus de absoluta obligatione dantis & recipientis sacramentum: nunc superest dicendum de respectiva, quæ oriri potest in ministro ex praua dispositione petentis sacramentum: vel e conuerso: in eo qui suscepturus est sacramentum ex praua dispositione illius, qui est daturus. Quæ obligatio ad eam reducitur, quæ vnusquisque tenetur non communicare alienis peccatis, seu hereticorum particeps. Et ideo disputationem hanc subdico titulo proposui, sub quo possunt alie persone comprehendere præter dantem & recipientem sacramentū. Nam possunt alij inducere vel cooperari ad indigne dandum, vel recipiendum sacramentum. Nihilominus tamen nihil est quod circa alias personas immoremur: quia vel rarissime peccare possent, in hac cooperatione, vel si aliquando peccant, est, quatenus aliquo modo inducunt ad malum, quorum culpa vel obligatio ex regulis generalibus de charitate & scandalo mensuranda est, & quæ dicemus de recipiente sacramentum, poterunt fere ad alias personas applicari, seruata proportione, vt in sequentibus explicamus. Dicemus ergo prius de suscipiente, quoniam materia frequentior est & vniuersalior: postea vero de ministrante.

## SECTIO I.

*Vtrum teneantur omnes non suscipere sacramenta ab iniquis ministris: & quomodo in hoc peccare possint.*

Suppono primo, neminem posse sacramentum petere ab eo, qui non potest rite & valide dare. Probatur aperte, quia si quis petit sacramentum ab eo, qui omnino non potest illud conficere, vt si quis absolui petat à Sacerdote, qui iurisdictionem non habet, dupliciter peccat. Primo, quia inducit ad actū sacrilegij. Secundo, quia ipsa susceptio facti sacramenti in se est mala, & contra rectam rationem, vt supra ostensum est. Et ideo velle seu procurare illam per se est peccatum, præter inductionem, seu cooperationem ad peccatum alterius. Quapropter non solum committitur hoc peccatum, quando sacra-

mentum petitur ab eo, qui non potest dare: sed etiam, si petatur ab eo, qui potestatem habet, male tamen illa versus est, ita ut sacramentum non conficiatur, ut si quis ab Episcopo heretico peteret ordinari, sciens illum non solere feruere substantialem ritum illius sacramenti. Ratio est eadem, quia tunc tam aucto, quam receptio est sacrilega, & prorsus inutilis, perniciosaque fictionem continens. Secundo suppono, si is, a quo petitur sacramentum, potestatem habeat conficiendi illud, quoad substantiam, & rite sit illa versus, ita ut sacramentum factum teneat, non tamen possit licite illa uti, vel simpliciter, quia verbi gratia, prohibitus est, aut suspensus, vel aliquid huiusmodi: vel respectu petentis, quia videlicet non habetius dandi, quia neque est pastor illius, nec facultatem habet à proprio pastore, neque ob necessitatem aut aliam similem causam censetur illi concessum tale ius: in huiusmodi casibus semper est illicitum, sacramentum petere, à tali ministro: quia cum ab aliquo petitur, quod sine peccato præstare non potest, consequenter petitur, peccatum ipsum, quod est intrinsece malum: & præterea, quando ab eo petitur, qui non habetius dandi, præter malitiam inducendi alium ad malum, sit etiam contra obligationem, quia fideles tenentur non petere aut accipere sacramenta ab aliis, quam à suis pastoribus, vel qui ab eis habent dandi facultatem. Nam sicut pastores tenentur, non usurpare ius alienum, ita & oues non debent, nisi à suis pastoribus sacramenta petere, vtrumque enim ad bonum Ecclesiæ regimen necessarium est, & ita vtrumque habet in ipso iure diuino & naturali fundamentum: & in his conueniunt auctores statim citandi. Dices, accidere potest, ut is, qui non habet potestatem licite administrandi sacramentum, sit paratus & expositus ad dandum, & fingamus esse in actuali dispensatione eius, ut verbi gratia, in altari Eucharistiam dispensando, licebitne tunc ab illo suscipere sacramentum? videtur enim in eo casu, neque esse inductionem ad malum, quia ille est expositus: neque inde augeri peccatum dantis moraliter loquendo, neque etiam videtur illa esse cooperatio ad actionem malam, sed ad receptionem bonam ex actione mala. Nihilominus dicendum est etiam in eo casu hoc non licere, quia, hoc ipso quod minister non habetius dandi, vel habet illud suspensum, est directe prohibitum fidelibus, ne ab eo accipiant sacramenta: & ideo non licet eis accipere, quantumuis aliter expositus sit. Ac deinde, non omnino deest, ibi cooperatio ad malum, nam licet sit minor, quam si alio modo fiat: non est tamen omnino nulla. Imo etiam est quedam virtualis petitio sacramenti. Nam qui accedit ad recipiendum, petit illud: petere autem ab eo, qui non potest dare licite, intrinsece malum est: non est ergo illa pura passio licita ex illicita actione resultans, sed est quedam cooperatio ad actionem illicitam: quæ non potest censeri leuis ex parte materiae, eo quod peccatum dantis parum augeri videatur: quia reuera est grauis materia, cum sit integra effectio, vel dispensatio sacramenti: quæ si per se sola fieret, sufficeret ad peccatum mortale constituendum.

Difficultas ergo huius questionis est, quando minister, & rite & licite potest dare sacramentum petenti, tamen re ipsa non est daturus sine peccato, quamuis verum sacramentum sit daturus, an tunc licite ab eo petatur sacramentum. Et ratio dubitandi est, quia quamuis alius habeat potestatem, & ius dandi sacramentum, si tamen mihi constet, sacrilegium commissurum, illud ministrando, petendo sacramentum, sum causa illius sacrilegij, quia si ego non peterem, non fieret: ergo non licet. In contrarium vero est, quia ego peto rem licitam, quam alius licite præstare potest, & mihi vtilem, & fortasse necessariam: cur ergo priuari debeo meo commodo, & vtilitate?

In hac re varia sunt authorum sententia. Prima est D. Thom. supra q. 64. art. 6. ad secundum. Et infra questio. 82. art. 9. qui duplicem distinguit ministrum iniquum: alium vocat toleratum ab Ecclesia, quia licet peccator sit, tamen neque est ab Ecclesia præcisus, neque à sacramentorum ministerio aliqua censura suspensus: alterum vocat non toleratum, quia est ab Ecclesia prohibitus, seu suspensus, ac præcisus. Qua supposita distinctione, duas statuit regulas generales, & sine vlla limitatione. Prima est, à ministro tolerato, quamuis iniquus sit, licitum est, petere sacramentum. Cuius fundamentum esse videtur, paulo antea tactum in ratione dubitandi secundo loco posita. Secunda est, à ministro non tolerato, non licere petere sacramentum. Cuius fundamentum esse videtur, quia ille non solum inique est daturus, sed etiam non potest licite dare. Hanc doctrinam sequitur Durand. in 4. distinct. 5. questio. 2. & Paludanus, questio. 3. artic. 1. qui diserte & sine limitatione declarant, licere non solum accipere, sed etiam petere sacramentum à ministro tolerato, licet iniquus sit. Idem sentit Richard. ibi artic. 3. questio. 4. nam licet addat, hoc maxime licere, quando minister tenetur ex officio dare sacramentum, non tamen negat, licere etiam respectu aliorum, sed generatim etiam loquitur: idem sequitur Syluest. verb. Baptismus 3. numer. 7.

Hec vero tam generalis doctrina multis aliis non placet, & ideo variis distinctionibus vtuntur. Primo, Scotus eadem dist. 5. questio. 2. art. 1. distinguit prius de ministro non tolerato. Nam in casu necessitatis licet ab eo accipere, non tamen extra illum, loquitur autem ibi specialiter de Baptismo, in articulo vero secundo distinguit de ministro tolerato. Nam aut est occultus peccator, aut publicus: & de occulto absolute affirmat licere ab eo petere sacramentum: de publico vero subdistinguit: nam vel tenetur ex officio dare, & tunc etiam licet ab eo petere: aut non tenetur, & tunc vltius subdistinguit, nam si fit alius sacerdos, à quo sit melius, & sine peccato sacramentum dandum, non licebit à peccatore petere, si vero non sit alius, licebit. Hæc Scotus. In cuius sententia, quod de ministro non tolerato dicit, in genere sumptum verum est, & non est contrarium D. Thom. qui locutus est per se, prout materia moralis postulat, non tamen excludit accidentales casus ex necessitate prouenientes. Quæ vero, & quanta esse debeat hæc necessitas, in particulari explicandum est in variis sacramentis pro ratione necessitatis eorum, & ad materiam de censuris hoc maxime spectat, & statim nonnulla dicemus pro huius loci opportunitate.

Omissio ergo ministro non tolerato, de tolerato aliter distinguit Caiet. d. questio. 64. art. 8. nam vt licet ab eo sacramentum petere vel recipere, duas requirit condiciones. Prima, vt ille sit paratus ad dandum. Secunda, vt qui petit, sit in aliqua necessitate suscipiendi sacramenta: quando cunque vero hæc duæ condiciones non concurrunt, absolute & sine distinctione, negat hoc licere. Aliter Adrianus questio. 3. de Baptismo, distinguit, de ministro parato ad ministrandum, vel non parato: & rursus, de eo, qui ex officio tenetur ad ministrandum, vel non tenetur. Et dicit primo, à ministro iniquo, qui ex officio tenetur dare sacramentum, licitum esse illud petere sine aliqua causa vel limitatione, id est, siue ille sit paratus, siue non, & siue petens sit in necessitate, siue non: satis enim illi esse censet, quod petit ius suum in re sancta & bona. Secundo dicit, ab eo, qui ex officio non tenetur dare, nec paratus est ad dandum, & inique est daturus, numquam licere petere, etiam propter necessitatem, quia esset inducere ad malum, cum cesset ratio petendi ius suum. Tertio addit, à ministro iniquo parato ad ministrandum sacramentum, licitum esse illud petere, absq; alia con-



per se malum, siue ille sit minister ex officio, siue non & siue sit ad dandum paratus, siue non sit. Probat, quia ab illa actione minister, quae vt ab illo fit, habet adiunctam malitiam, separabilis est malitia, per se loquendo: nam solum ex praua voluntate minister illi adiungitur, ergo, qui petit illam actionem, per se non petit aliquid malum: nec, quod necessario habeat malitiam adiunctam: ergo illa petitio ex se & obiecto suo non est mala: neque ex vi illius inducit aliquis alterum ad operandum malum, sed permittit illud malum, quod alius ex sua voluntate sola admittitur est actioni per se bonae: non est ergo hoc intrinsece malum. Exempla sunt communia in petitione iuramenti à Gentili, qui per falsos Deos iuraturus est: & in petitione mutui ab eo, qui vsuras exacturus est: nam haec ex obiecto non sunt mala intrinsece, sed possunt bene fieri, si cum debitis circumstantiis fiant. Quin potius haec petitio Sacramenti ab eo, qui potest licite dare ex obiecto, non solum non est mala, verum etiam ex se est honesta, & non tantum indifferens. Quia obiectum illud ex se honestum est, & ad virtutem religionis pertinet. Et hanc existimo fuisse mentem D. Thom. imo videtur aperta sententia Nicolai Pap. d. cap. vlt. 15. q. 8. quam refert & sequitur Lucius 3. in cap. vestra, de cohabi. clericor. & mulier.

Dices, Quamuis haec actio ex obiecto non sit mala, sed bona, tamen ex circumstantia est semper mala, quia fit cum scandalo, & dando proximo occasionem ruinae. Respondetur ex hoc quidem capite posse actionem esse malam, non tamen semper. Quia illud scandalum potest esse interdum actiuum, interdum mere passiuum, & aliquando illa occasio censetur moraliter dara, interdum vero tantum permittitur, seu ab alio accepta. Quando vero fit vnus, vel alterius modi, non requirit hic specialem regulam aut doctrinam, sed ex ordine charitatis, & ex generali obligatione vitandi scandalum, & ruinae proximi, iudicandum est: nam si commode possumus, & sine magno detrimento, auferre debemus proximo occasionem ruinae, etiam si ex malitia vel fragilitate sua lapsurus sit: quia hoc postulat ratio charitatis: si vero id vitare non possumus sine graui incommodo ac detrimento, non obligamur, cum tantum onere ad omittendum ea, quae nobis sunt vitia, ne alius inde sumat occasionem peccandi ex sola sua malitia, seu libertate. Haec igitur regula seruanda est in praesenti materia.

Vnde infero primo, non esse sufficientem illam distinctionem de ministro ex officio obligato vel sponte sua ministrante: de neutro enim illorum potest in vniuersum affirmari vel negari, esse licitum ab eo petere Sacramentum in praedicto casu. Nam licet ipse ex officio teneatur Sacramentum dare, tamē si ego possum sine vilo detrimento ab alio petere, qui sine peccato dabit, lex charitatis Dei & proximi tunc obligat, vt auferam occasionem ruinae proximi & irreuerentiae Sacramenti, quia, licet secundum iustitiae rigorem vnicuique liceat petere ab altero ius suum, quod sibi debet, tamē quando inde magnum detrimentum proximo est euenturum, & mea nihil interest, illud idem bonum obtinere ab eo, qui sponte sua, vel ex debito ipsum confert seu ministrat, charitas postulat, vt proximi in ea occasione miseret, cum id possum facere sine detrimento, & ille reuera sit in morali necessitate, seu discrimine constitutus. Dices, illum non esse in necessitate, cum sola voluntate sua peccaturus sit. Respondetur, non esse quidem necessitatem physicam: esse tamen, moralem indigentiam & miseriam satis grauem: illa ergo satis est, vt subuenire illi debeam, si commode possum. Atque eadem ratione, non est semper malum: Sacramentum petere à ministro iniquo: etiam si non teneatur ex officio dare: quia fieri potest, vt necessitas Sacramenti suscipiendi tanta sit, vt non te-

Franc. Suarez. Tom. 3.

neat vitare ruinam alterius, cum tanto discrimine, vt patet manifeste, si sum in mortis periculo, & indigeam Baptismo, vel Penitentia: & idem existimo de Eucharistia: imo & de Extrema vnctione, vt ex frequentibus magis patebit.

Secundo infero distinctionem illam de ministro parato, & non parato, insufficientem etiam esse ad tradendam generalem regulam: quia de neutro illorum potest in vniuersum affirmari, vel negari licitum esse petere ab eo Sacramentum. Quod enim frequenter liceat illud petere à ministro parato, licet iniquus sit, omnes sine controuersia admittunt, & est per se facile creditum: quia tunc nulla est indutio nec cooperatio, cum actio ipsa per se bona sit, & aliunde vix sit ibi aliqua occasio ruinae: quia iam ipse cecidit eo ipso, quod paratus est. Nihilominus tamen, quod hoc etiam interdum vitandum sit, nec semper liceat, sic explicatur: quia non semper aliquis est ita paratus, quin, si alter non accedat ad accipiendum Sacramentum, vitetur in indiuidio aliquis lapsus seu peccatum aliquod: quia licet sit paratus, non tamen semper est in illa actuali voluntate, aut in actuali vsu ministrandi Sacramentum: ergo etiam si alius sit paratus, accedendo ad illum, offerretur ei aliqua materia, ex qua ipse sumat hic & nunc occasionem peccandi: ergo, si cum aequali facilitate & commoditate hoc possum vitare, teneor id facere, & propter reuerentiam sacramenti, & propter bonum proximi. Exemplum esse potest, si duo confessores sedeat parati ad confessiones audiendas, & mihi satis constat, vnum esse bonum, & alium iniquum, & cū eadem facilitate possum alterutrum eligere, teneor sine dubio vitare peccatum vnus, & alteri, qui bonus est, confiteri: quia saltem vitatur illud sacrilegium externum, & iniuria, quae fit Sacramento, quando in re ipsa dispensatur à prauo ministro, & fortasse etiā vitabitur aliqua culpa interior, quam non committet ille qui paratus est, si confessionem actu non audiat, neque absoluat. Rursus, quod à ministro iniquo non parato frequenter non liceat petere, omnes etiam admittunt, & est facile: quia est ibi maior indutio, quae propterea vitanda est, si commode potest. Quod autem hoc etiam non semper sit malum, constat ex ratione fundamentali supra posita: quia quod petitur per se bonum est, & potest iusta necessitas vel utilitas interuenire, ob quam non teneatur aliquis non petere à proximo: seu non inducere illum ad id sibi praestandum, quod bonum est, & bene ab ipso praestari potest, etiam si ille nihil antea cogitaret de illo opere faciendo, neque ad id esset paratus: & quamuis ille ex voluntate sua inique id facturus sit, quia non obstante tali dispositione ministri, illud malum seu peccatum, quod ibi miscetur, non potest attribui petenti Sacramentum, tanquam cooperanti vel inducenti, seu solum dici potest illud permittere.

Dixi autem, posse interuenire iusta necessitas, vel utilitas, quia vt hoc liceat, non existimo necessitatem extremam aut valde grauem, aut necessitatem implendi diuinum praecipuum expectandum esse, vt Soto censuit: sed minores causae poterunt sufficere, sicut sufficiunt in aliis actionibus humanis, quae, nec grauius sunt, neque homini vitiores, vt propter eas obtinendas, peccata proximi, non minora permittantur. Exempla sunt supra posita, de iuramento, quod licet ab idololatra postulare, non tantum, quando ille est paratus ad iurandum, sed etiam si interdum non sit: vt si oportet eum testimonium dicere in aliqua graui causa, & iudicio, possum illum rogare, & inducere ad ferendum veritatis testimonium, eamque iuramento confirmandam, quamuis ibi non interueniat magna necessitas, sed utilitas, vt verbi gratia, obtinendi ius metum, seu rem aliquam temporalem: ergo multo magis in hac causa, de qua agimus, sufficit aliqua rationalis occasio, praesertim cum

R. cum

cum ipsemet vsus sacramenti, per se sumptus maxime vtilitatis sit. Simile argumentum sumi potest ab alio exemplo de mutuo, quod licet petere ab aliquo, qui exacturus est vsuras, etiã si paratus non sit ad mutuum, dummodo rationabilis causa intercedat, quamuis non sit extrema vel grauis necessitas. Et ratio vniuersalis est, quia cum illa petitio ex se non sit occasio peccandi, nec sit mala, neque habeat speciem mali, non habet rationem scandalii actiui, etiam respectu hominis non parati: ad vitandum autẽ scandalum passiuum non tenemur cum tanto rigore, & ideo ex rationabili causa permitti potest. Igitur hæc conditiones ministrorum, scilicet, quod teneantur ex officio ministrare, aut quod sint parati, per se solæ non sufficiunt ad regulas generales tradendas, sed vnicuique regula hic est ratio charitatis, & ordo, atque obligatio eius. Nihilominus tamen prædictæ conditiones non sunt contemnendæ, sed prædicte considerandæ in particularibus actionibus. Quia multum conferre possunt, vt cum minori causa vel necessitate hoc liceat. Nam quia (vt dicebam) ipsemet sacramenta sunt per se valde vtilia animæ, ideo hæc ratio per se sufficit, moraliter loquendo, vt liceat petere sacramentum à ministro, qui vel ex officio tenetur, vel paratus est etiam si in peccato sit ministraturus, si nõ est alius, qui sine peccato ministrat: respectu vero alterius ministri non parati, vel nõ obligati, nonnulla maior causa erit necessaria, non tamen dubito, quin sufficiat necessitas implendi Ecclesiasticum præceptum Missæ audiendæ: aut cõicandi, vel vtilitas non differendi nimum vsus sacramenti confessionis, vel cõmunionis: præsertim si intercedat conscientia peccati mortalis, aut aliquid simile, quia nulla est sufficiens ratio ad coarctandam seu restringendam magis hanc facultatem.

*Quam necessitas sufficiat ad permissionem peccati ministrantis sacramentis.* Quod vt probabilius fiat, considerandum vltimo est, non esse necessarium, vt petenti sacramentum constet, ministrum esse bene dispositum, quia hæc cura non est illi commendata, satis ergo erit, vt illi non constet vllum esse male dispositum. Ergo vt obligetur ad non petendum sacramentum, oportebit, vt moraliter ei constet, ministrum esse male dispositum, & cù ea mala dispositione ministraturum sacramentum: hoc autem difficillimum est iudicare, nisi vbi manifeste constet ministrum esse in diuturna cõsuetudine, & proxima occasione alicuius peccati. Et tunc quidem maiori opus est prudentia & iudicio ad petendum sacramentum ab huiusmodi ministro. Extra hunc vero casum, etiam si contingat, videre sacerdotem paulo ante mortaliter peccantem, potest ab illo peti sacramentum, etiam si non sit paratus, neque ex officio illud dare teneatur: quia semper potest sperari, eum forte conuenienti modo disponendum, quod breuissimo tempore prestare potest.

Tertio colligitur ex dictis, aliam etiam distinctionem, quæ in vsu solet esse in hac materia de recipiente sacramentum ab iniquo ministro (an sit tantum accipiens, vel etiam petens) hanc (inquam) distinctionem non esse admodum necessariam. Primo quidem, quia hic tantum est sermo de adultis ratione vtentibus: nam illi solum sunt capaces huius obligationis, de qua agimus: nam si sint infantes, vel amentes, aut dormientes, clarum est non posse peccare, si eis detur aliquod sacramentum ab iniquo ministro: adulti autem vtentes ratione nunquam accipiunt sacramentum, quin aliquo modo petant. Deinde, quia omnia, quæ diximus, nõ solum de accipiente, sed etiam de petente, vera sunt, vt patet ex rationibus & exemplis, quibus vsi sumus. Neque de accipiente, quantumuis à petente distinguatur, potest alia regula tradi præter eam, quæ à nobis data est. Solum posset fingi casus, in quo Sacerdos iniquus, qui ius habet dispensandi sacramentum, vbi gratia, Eucharistiam, sit in actuali dispensatione eius, paratus actualiter ad dandum omnibus, qui ac-

cedunt: tunc enim ab eo recipere sacramentum, videtur acceptio fere nihil habens, admixtum petitionis. Et tunc sine vlla morali limitatione dici potest esse licitum accipere: quia ibi nulla ratio cooperationis ad malum, neque scandalum aut occasio ruinae datur, vt facile ex dictis constat, quod quidem, licet verum sit, tamen in principis positis continetur, & iuxta ea intelligendum est.

Vltimo ex his potest obiter expediri dubium de eo, qui ministrat Sacerdoti iniquo, non petendo vel accipiendo ab illo sacramentum, sed solum deseruendo illi in actione sacra, quam ipse prauè exercet, vt verbi gratia, ministrando Missæ, quam ille dicit in peccato, vel seruendo Episcopo Ordinantum alios in statu peccati mortalis, an in huiusmodi cooperatione aliqua culpa interueniat. Dicendum est enim, in hoc seruando esse duo principia supra indicata: Primum, si talis sit actio, vt à Sacerdote vel Episcopo aut quolibet alio, non possit licite fieri, ministrare illi seu cooperari tali actioni semper esse malum: quia tunc non separabilis malitia ab actione: ergo, qui inseruit actioni, cooperatur actioni malæ. Item, quia si Sacerdos non potest licite illam actionem sacram exercere, vel id est, quia non habet potestatem simpliciter: vel quia non habet ius, vel quia est ab Ecclesia suspensus: quo cunctum autem istorum modorum contingat, est malum cooperari tali actioni: quia primum est directe sacrilegium: secundum est vsurpatio alieni iuris: tertium vero est contra obedientiam Ecclesiæ debitam. Secundum est, quoad actionem sacra per se est bona, & ab eo, qui sit, rite & recte fieri potest, & tunc ex malitia eius indignè sit, nõ est per se malum inseruire illi, sed ministrare in huiusmodi actione, vt patet ex dictis. Quia actio ex se bona est, & circumstantia malitiæ ministri est valde extrinseca, & ideo non peccat, qui Sacerdoti malo præbet vestes, aut vasa sacra ad Missam faciendam, quia ille non cooperatur malitiæ eius. Et idem est de ministrante ei in sacrificio. Verum est tamen, speculatiue loquendo, etiam hic habere locum, regulam charitatis supra positam, quod si quis commode potest vitare huiusmodi ministrum, vt alius non peccet, debet id facere: nam procedit hic eadẽ ratio. Nihilominus tamen, moraliter loquendo, vix potest hoc ad vsum applicari. Quia neque vitari commode potest hoc ministerium, neque ea de causa vitabitur peccatum, ideo non sunt huiusmodi scrupuli his ministris iniiciendi.

## SECTIO II.

*Utrum teneantur semper ministri sacramentorum non dare illa indigne petentibus.*

Præcipua difficultas huius quæstionis, & maxime moralis ac practica, tractatur à D. Thom. infra q. 68. art. 4. & q. 80. art. 6. in particulari de sacramento Baptismi, & Eucharistiæ: quibus locis, & præcipue in posteriori ex professo tractanda hæc res est. Et ideo hoc loco solum est in genere notandum duplex caput, vnde oriri potest hæc obligatio, iuxta dicta sectione præcedenti. Vnum est ex præcepto directe imposito ministro non danti sacramenta indignis. Aliud est generale præceptum non cooperandi peccato alterius.

Dico ergo primo, Ministrum sacramentorum per se loquendo, proprio & speciali præcepto teneri ad non dandum sacramenta his, qui indigne ad illa accedunt. Conclusio est communis, & certa. Probat, quia, cui commissa est sacramenti administratio, consequenter & ex natura rei præceptum est, vt illud munus peragat, tanquam fidelis dispensator & prudens: ergo ex vi huius præcepti tenetur non dare sacramentum homini indigno. Patet consequentia, quia hoc pertinet ad fidelem & prudentem dispensationem sacramenti, & ad cultum ac reueren-

reuerentiam ei debitam. Et confirmatur: nam hæc ratione tenetur Sacerdos Eucharistiam in loco decenti collocare, quod si illam in terram proiceret, grauius peccaret contra officium suum: ergo similiter dando quodlibet Sacramentum indigno. Dices, hæc non erit, vt Sacerdoti non confitet eum, qui Sacramentum petit, esse indignum, aut oportebit eum aliquam diligentiam adhibere, vt moraliter sibi constet alium digne petere? Videtur enim hoc esse graue onus, & scandalis expostum, si oporteat Sacerdotem de aliorum vita & dispositione inquirere. Respondetur, non posse nos vniuersalem regulam in omnibus Sacramentis seruandam tradere. Quamuis enim in omnibus verum sit, omnem illum hominem, quem non constat esse malum, presumendum esse bonum, nihilominus tamen in vnoquoque Sacramento, iuxta eius naturam & conditionem, prudentia opus est ad hoc iudicium ferendum. Nam in Baptismo, verbi gratia, quia est ianua Sacramentorum, prærequiritur examen de fide suscipientis, & quia est regeneratio, & prima translatio ab statu peccati ad statum gratiæ & viui membri Christi, prærequirit etiam moralem diligentiam circa dispositionem suscipientis. At vero ad Confirmationem vel Eucharistiam sufficit, quod is, qui petit vel accedit ad Sacramentum, per Baptismum habeat ius petendi, & quod de illo non constat esse in statu peccati: Si autem constiterit antea fuisse in huiusmodi statu, oportebit, vt aliqua signa contritionis ediderit, aut etiam, quod confessus fuerit, si Eucharistiam sit receptorus. Quæ omnia per se intelligenda sunt ac iuxta prudentiam moralem & humanam. Nam interdum ipsamet petitio Sacramenti à tali persona vel tali modo facta, potest esse signum sufficiens bonæ dispositionis absque aliis signis: aliquando vero talis potest esse conditio personæ, & modus petendi, vt maiori diligentia opus sit, maxime si scandalum alicuius peccati præcessit: tunc enim, etiam aliis satisfacere oportebit, ne maius scandalum oriatur. Quæ omnia eodem modo procedunt in Sacramento Extremæ vntionis. In Sacramento autem Penitentia, quia administratur per modum iudicii, in quo minister iuste iudicaturus est, ad eum spectat accuratius causam examinare, cuius præcipua pars est dispositio rei, qui absolendus est, vel ligandus. Rursus in Sacramento Ordinis, quia per illud admittuntur homines ad sacrum ministerium, ideo diligentius tenetur Episcopus examinare qualitatem & statum personæ, vt & digna sit tanto Sacramento, & apta ad tale ministerium, vt videre licet in Concil. Trid. sess. 23. Deniq; in Sacramento Matrimonij: quia non solum est Sacramentum, sed etiam inducit vinculum perpetuum, & præterea, quia est talis contractus, quem si contingat, non esse validum, poterit esse occasio multorum peccatorum, ideo pastores Ecclesiæ diligenter curare debent, vt ad tale Sacramentum homines non accedant, nisi cum omnibus conditionibus requisitis, & cum dispositione debita, vt constat ex Conc. Trid. sess. 24. de quibus omnibus in propriis locis latius dicemus.

Dixi in conclusione, per se loquendo, quia per accidens interdum potest dari aliquod Sacramentum, verbi gratia, Eucharistia, peccatori occulto, publice petenti, ad vitandum scandalum, vel iniustam proximi infamationem, vt latius dicemus in materia de Eucharistia.

Dico secundo, etiam tenetur minister Sacramenti, per se loquendo non dare Sacramentum indigno,

ne cooperetur peccato eius. Probatum aperte, quia tunc receptio suscipientis est mala: ergo cooperari ad illam etiam erit malum: sed nulla potest esse maior cooperatio ad recipiendum, quam ipsummet dare: peccat ergo tunc Sacerdos duplici titulo, scilicet & quia agit contra proprii officij obligationem, & quia inuat alterum ad peccandum. Nec refert, quod alter paratus sit, nec quod interius peccatum suum commiserit, quia ipsamet exterior receptio est peccatum exterius, ad quod cooperari non licet, quantumuis parato animo ab alio fiat. Dices, illa exterior receptio per se non est mala, quin potius est ex obiecto bona, solumque habet malitiam per accidens adiunctam ex praua dispositione subiecti, ad quam nullo modo concurrat, qui Sacramentum ministrat: ergo ex vi illius ministerij non concurrat ad malum. Respondetur, satis esse, quod hic & nunc talis receptio in hoc homine sit mala, & quod minister nullam habeat sufficientem causam dandi Sacramentum homini sic prauæ dispositionis: tunc enim moraliter cooperatur malitiæ eius, cooperando receptioni eius, quam deberet vitare cum posset. Quod ideo addo, quia vt supra dixi, in aliquo casu accidere potest, vt minister moraliter non possit negare Sacramentum homini iniquo petenti, propter scandalum vel similem causam. Et tunc quamuis illud det, non cooperatur iniquæ receptioni, vt iniqua est: sed solum vt receptio Sacramenti est: quia ipse vtitur iure suo, & dat operam rei de se licitæ, quam non potest eo tempore vitare.

Sed quæres, vtum, sicut interdum licet, ob huiusmodi occasionem dare sacramentum peccatori, ita etiam aliquando liceat ob necessitatē inducere peccatorem ad recipiendum Sacramentum: non quidem inducendo illum, vt in peccato sumat. Nam per se notum est, hoc esse intrinsece malum: sed inducendo illum, vt sumat, etiam si mihi constet inique esse sumpturum, non quia nō possit, si velit licite sumere: alioquin esset intrinsece malum, illum inducere, quia non esset separabilis malitia à sumptione, sed quia voluntarie sumpturus creditur sine debita dispositione. Respondetur, hoc non esse intrinsece malum, quia hoc formaliter nō est inducere ad malum, sed ad locum permittendo malum, quod ex obiecto & intrinsece malum non est. Quia vero non semper est bonum: ad iudicandum, an talis permissio sit licita, & consequenter, an moraliter censenda sit permissio vel cooperatio, seruandæ sunt regulæ supra tractatæ, charitatis, & prudentiæ: nam si occurrat sufficiens ratio & necessitas, quæ iuxta ordinem charitatis satis sit ad tolerandum illud malum, propter aliquod aliud bonum, tunc poterit hoc esse licitum: quando vero causa vel necessitas sit huiusmodi, prudenti arbitrio relinquendum est. Rarius tamen accidet hæc necessitas in recipiente, quam in dante, nihilominus tamen non est dubium, quin aliquando possit interuenire. vt verbi gratia: si oporteat populum adire sacrum in die festo, & non sit alius Sacerdos, nisi peccator, licet illum inducere ad faciendum sacrum, in quo communicaturus est, licet ex malitia sua sit in peccato sacrificaturus. Similiter, si valde expediat, vt aliqui statim contrahant Matrimonium ad vitandum aliquod scdalum, quod postea timetur, licitum erit eos inducere ad contrahendum statim, eos admonendo, vt se disponant, quamuis forsas timeatur, non fore disponendos: & idem potest in Ordine accidere, & similes casus possunt facile excogitari.

esse cooperari  
vt eius prauitatis.

Primum licet  
inducere ad  
receptionem  
que prauis  
suscipitur est.

Et hæcenus de Sacramentis in genere, & de prima huius libri parte, ad honorem Dei dictum sit.

Franc. Suarez Tom. 3.

R 2

QVA-